3 vols in 1

FLORA WIRCEBURGENSIS

SIVE

PLANTARUM IN MAGNO-DUCATU WIRCEBURGENSI INDIGENARUM ENUMERATIO SYSTEMATICA

CUM

EARUM CHARACTERIBUS GENERUM, SPECIERUM DIFFERENTIIS, LOCIS NATALIBUS ET VITAE DURATIONE, BREVIBUSQUE DESCRIPTIONIBUS

IN USUM TIRONUM DILUCIDATA

AUTHORE

FRANC. XAV. HELLER

MED. ET CHIR. DOCT. BOTAN. IN UNIVERS. MAGNO-DUCAL. WIRCEBURGENSI PROF. PUBL. ET ORD. SOCIET. POLYTECHN. WIRCEB. SODAL.

Pars I.

WIRCEBURGI

apud Josephum Stahel

1810.

ec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant.

Cicero pro A. P.

L. b. S.

Quod benevolo ac indulgenti tuo judicio tradere audeo, opusculum equidem praeter ea, quae a quavis uniuscujusque provinciae Flora jure tuo optimo maximoque exposcas, novi continet nihil. Hoc tamen non obstante non spero tantum, sed etiam plane confido, hoc quidquid est opusculi, haud omnino tibi ingratum, neque nullius, commodi tui rationibus inspectis, pretii futurum esse Quotus enim quisque ibit infitias, regionem praecipue eam, quae vegetabilium suorum divitiis haud facile cuiquam alteri, paucis forte exceptis, palmam concedit, nonnisi difficulter sua speciali Flora carere posse, ejusque inopiam his praesertim temporibus, quibus amor et studium Botanices mirum in modum adcrevit lateque dominatur, eo vehementius sentiri?

Sedecim sunt, et quod excurrit, anni, quum *Patris* mei, mihi meisque praemature erepti, qui Floram patriam speciali prosecutus est cultu, miraque solertia ipse excoluit, ductu, plantarum indigenarum studio, procul habito omni earum discrimine, operam meam consecrare inciperem. Montes visitabam et valles, sylvas aeque ac locos palustres, et, ut breviter dicam, omnes eas

 pa-

iae meae plagas, quas penitius nosse at-
perspicere plantarum amatoris quovis
.o interesse potest; colligebam, examina-
: serius, colloquebar cum viris, quorum
;ientiam Botanices studium et amor non
;aris mihi innotuerat, et quorum adeun-
ım copiam ampla venerandi *Patris* mei
illis familiaritas mihi fecerat; colebam
met, quatenus id fieri poterat, et qua in
'*atris*, cujus nulla unquam apud me erit
vio, indulgentia ac veluti manuductio
:imum mihi ante omnes alios subsidium
:buit, patrias, et inter has praecipuo fer-
: dubias, quos uspiam deprehendi, plan-
quae ipsa proprio a me Marte suscep-
ultura facilem praebuit, et exoptatam
ı occasionem, non teneram tantum ea-
adolescentiam, sed luxuriosum etiam
i, quam attigerant, vigoris florem quam
ıtissime observandi.

Hic porro meus patriae Florae amor no-
ı ex praelectionibus et privatis etiam at-
amicissimis instructionibus mei, quem
ius. superesse scientiae Botanices multum
rerat, Magistri, et in munere professora-
ntecessoris celeberrimi *Heilmann*, cepit
ementum, qui suas multo partas labore
ones atque observationes benevolentissi-
mihi communicabat, meamque qualem-
que patriarum plantarum culturam omni,
poterat, opera adjuvare adlaborabat.

Quos itaque pluribus annis continuavi la-
:s, eorum summam et fructum rei Bota-
s peritis et amatoribus subtimidus expo-
benignam eorum indulgentiam eo majori

spe-

sperans fiducia, quod tironum magis, quam eorum, qui summum in omni re botanica scientiae apicem attigerunt, commoda respiciam; proculque absim ab eo adrogantiae genere, quod novis, si Diis placet, in hac scientia factis, vel imaginariis inventionibus, variationibus, atque innovationibus, queis Summae rerum plus saepe detrimenti quam commodi adfertur, gaudere solet.

Accedit et illud, quod, qui mihi in hoc curriculo praeierit, et cujus veluti humeris insistere potuissem, vel qui viae, quam emetiri volebam, aditum aperuisset, fuerit nemo. *)

---

*) Edidit quidem *clariss. Dr Lehmann* plantarum circa Wirceburgum et in ejus vicinia (paucis exceptis) sponte crescentium enumerationem, cui ille *primarum Florae herbipolensis linearum* nomen tribuere non dubitavit, sed an omni etiam jure potuerit, magnopere dubium reliquit. Eam enim nec sufficere, nec vel posse etiam omnia complecti, quae *Flora particularis* totius cujusdam Provinciae requirit, cum inspicienti patebit, tum vel leviter cogitanti facile erit ad adsequendum. Nam *vir ille doctissimus* brevi nimis tempore in nostra moratus provincia plurimarum Botanico maxime notatu dignarum regionum vix ullam sibi notitiam conciliavit. Quo posito in propatulo est, eum omni etiam sagacitate, non dicam *Floram patriam* perfectam, sed ne *primas* quidem ejus *lineas* elaborare potuisse. Hinc est, quod in illa enumeratione perplures plantas indigenas observatu dignissimas desideremus; hinc omissiones plantarum in illis etiam regionibus, quas *cl. Author* (uti ex locis ab eo citatis adparet) certissime invisit, nimis frequentium; hinc quod frequentes subin tanquam raras, et raras tanquam fre-

patriae meae plagas, quas penitius nosse atque perspicere plantarum amatoris quovis modo interesse potest; colligebam, examinabam serius, colloquebar cum viris, quorum in scientiam Botanices studium et amor non vulgaris mihi innotuerat, et quorum adeundorum copiam ampla venerandi *Patris* mei cum illis familiaritas mihi fecerat; colebam ipsemet, quatenus id fieri poterat, et qua in re *Patris*, cujus nulla unquam apud me erit oblivio, indulgentia ac veluti manuductio maximum mihi ante omnes alios subsidium praebuit, patrias, et inter has praecipuo fervore dubias, quos uspiam deprehendi, plantas; quae ipsa proprio a me Marte suscepta cultura facilem praebuit, et exoptatam mihi occasionem, non teneram tantum earum adolescentiam, sed luxuriosum etiam pleni, quam attigerant, vigoris florem quam curatissime observandi.

Hic porro meus patriae Florae amor novum ex praelectionibus et privatis etiam atque amicissimis instructionibus mei, quem diutius superesse scientiae Botanices multum intererat, Magistri, et in munere professorali Antecessoris celeberrimi *Heilmann*, cepit incrementum, qui suas multo partas labore notiones atque observationes benevolentissime mihi communicabat, meamque qualemcunque patriarum plantarum culturam omni, qua poterat, opera adjuvare adlaborabat.

Quos itaque pluribus annis continuavi labores, eorum summam et fructum rei Botanices peritis et amatoribus subtimidus expono, benignam eorum indulgentiam eo majori

spe-

sperans fiducia, quod tironum magis, quam eorum, qui summum in omni re botanica scientiae apicem attigerunt, commoda respiciam; proculque absim ab eo adrogantiae genere, quod novis, si Diis placet, in hac scientia factis, vel imaginariis inventionibus, variationibus, atque innovationibus, queis Summae rerum plus saepe detrimenti quam commodi adfertur, gaudere solet.

Accedit et illud, quod, qui mihi in hoc curriculo praeierit, et cujus veluti humeris insistere potuissem, vel qui viae, quam emetiri volebam, aditum aperuisset, fuerit nemo. *)

---

*) Edidit quidem *clariss. Dr Lehmann* plantarum circa Wirceburgum et in ejus vicinia (paucis exceptis) sponte crescentium enumerationem, cui ille *primarum Florae herbipolensis linearum* nomen tribuere non dubitavit, sed an omni etiam jure potuerit, magnopere dubium reliquit. Eam enim nec sufficere, nec vel posse etiam omnia complecti, quae *Flora particularis* totius cujusdam Provinciae requirit, cum inspicienti patebit, tum vel leviter cogitanti facile erit ad adsequendum. Nam *vir ille doctissimus* brevi nimis tempore in nostra moratus provincia plurimarum Botanico maxime notatu dignarum regionum vix ullam sibi notitiam conciliavit. Quo posito in propatulo est, eum omni etiam sagacitate, non dicam *Floram patriam* perfectam, sed ne *primas* quidem ejus *lineas* elaborare potuisse. Hinc est, quod in illa enumeratione perplures plantas indigenas observatu dignissimas desideremus; hinc omissiones plantarum in illis etiam regionibus, quas *cl. Author* (uti ex locis ab eo citatis adparet) certissime invisit, nimis frequentium; hinc quod frequentes subin tanquam raras, et raras tanquam fre-

m faciendam esse existimavi, quae, etsi
l habeant natale solum, penes nos tamen
m et communiter coluntur. Nam sem-
llud paradoxum mihi visum est, quoties
rvavi, tironem libro suo armatum, quum
tas quaesiturus huc illucque circumva-
r, plenos circumeuntem agros, extra
m esse positum, quo plantas hanc in pro-
iam translatas et vulgariter cultas ad
lem libri ductum quaerere, inquirere, et
rminare possit.

De characterum generum, et differentia-
specierum adcurata cognitione dum age-
ır, uti et de ipsis, quas adjiciendas puta-
plantarum expositionibus, quae omnia
ibus quam utilissima sunt, eosque in il-
letegentis mirum in modum adjuvant,
sultis desuper probatissimis authoribus,
vivum exemplar, quoadusque fieri pote-
vel plantas exsiccatas fideliter secutus
. Vitae earum curriculum id semper ad-
ivi, quod in haccé provincia continuo ob-
'averam. Plantarum rariorum earum-
, quae non passim et ubivis obveniunt,
itationes adcurate notandas putavi; ut-
rimum vero eas praecipue, in quibus haec
etabilia majori, quam in aliis locis, nu-
o deprehenduntur. Qua in re id saepe
eps est, et propterea haud praetermitten-
n, quod plantae, quae paucos ante annos
dam in loco copiosius effloruere, jam vix
ne vix quidem ibidem reperiantur; quod
praecipue regionibus familiare est, in qui-
cultura terrarum in dies fere singulos au-
ur, et propemodum quilibet loculus ad id
ido-

idoneus in eam redigitur; *) id, quod meamet experientia me edocuit, quam faciendi mihi saepissime fuit occasio. Inter complures alios unicum tantum eumque cuivis hujati incolae notissimum locum adducam. Est is fossa partim paludosa, partim vivis aquarum fontibus hinc inde persecata et inundationibus crebrioribus exposita, quae novam inter et ab eo urbis districtu; quem Pleichacher Viertheil nominant, sic dictam urbis wirceburgensis portam prope cataractam interjacet. Longiori enim abhinc tempore ibi *Leersia oryzoides*, *Caltha palustris*, *Hottonia palustris*, *Scirpus maritimus*, *Hydrochaeris morsus ranae*, aliaeque hujusmodi plantae complures habitaverunt. Jam vero partim caespitis excisio, partim limi tellurisque amotio eas propemodum omnes exterminavit.

Authorum optimae notae eorumve, qui unum alterumve plantarum genus speciali sollicitudine elaborandum sibi sumsere, adlegationem necessariam esse existimavi. Hisce enim citatis partim luculentius, praecipue in casu plantarum dubiarum, ostenditur, quaenam earum animo obversata sit, partim tironi occasio offertur, hujuscemodi plantas in aliis etiam authoribus perquirendi, sicque se magis in vegetabilium diagnosi et adcurata determinatione exercitandi. Et certe ex citatis authoribus unus alterve in omnium tironum erit manibus. Nec vel illud omittendum esse pu-

*) Latius atque eleganter hac de re Botanicis saepissime maxime infensa tractat. *ol. Hoppe* im neuen botan. Taschenbuch 1809. p. 214.

ıant ornantque, quorumque usus oecono-
us vel technicus vel medicinalis jam satis
ıonstratus est, vel adhuc sufficiente modo
noscetur et in oculos incurret, debita ae-
natione prosequi.

Amant enim plerique hodie, vulgoque
eferunt curiosius inspicere et demirari vel
cam ex promontorio, vel hianti ore in-
ri plantas, quae sub remotissimo totoque
lo a nostrate diverso climate crescunt, *)
ıeque in nostris plerumque tepidariis pu-
ıonum formam prae se ferunt; vel nonni-
'actae aut mutilae originalium copiae sunt;
vero, quae sub eorum pedibus versantur,
mina intelligunt, atque arva et sylvas
agrant, quasi stupefacti, nihilque eorum,
ıe ibi continentur, cogitantes.

Tandem si vel minimum quidpiam Flo-
hujus editione ad amplificandum patria-
ı plantarum studium contulero, erit sane,
nihi gratuler, me eum, quem mihi pro-
ui finem, feliciter adsecutum esse, erit-
: haec, quam unice exopto, laborum me-
ın gratissima merces, dum summi mo-
ıti plenum *praestantissimi Ehrharti*
:um in mentem revoco: *Turpe est in Pa-*
habitare, et patriam ignorare. **)

) Vid. *Ehrharts* Beiträge zur Naturkunde etc.
B. II. p. 65.

*) Ejusd. Beiträge B. III. p. 57.

Mag-

Magni Ducatus Wirceburgensis brevis Topographia botanica. *)

Situm *Magni Ducatus Wirceburgensis* geographicum, de quo ante omnia uno saltim verbo mentionem facere oportet, ad grad. 270 min. 15 longitudinis Ferron. latitudinis vero boreal. 28 min. 35 determinandum esse, novissimis edocemur observationibus.

Is ad orientem principatibus *Bambergensi* et *Coburgico;* ad septemtrionem Comitatu *Hennebergico*, qui secundum pristinam Imperii Germanici formulam principali dignitate ornatus erat, et prin-

*) Nequis Lectorum integram et adcuratim exasciatam *Magni*, de quo loquimur, *Ducatus* topographiam exspectet, moneo precorque; quam potius relinquendam aliis existimo. Etenim, quoad hujus scripturae limites id permittunt, singula tantum ejusdem fragmenta brevesque earum regionum, quae *Botanicis* majoris esse debent momenti, descriptiones praebeo, sicque ipsos illos fontes quasi digito monstro, e quibus *Florae nostrae* divitiae maximam partem a me haustae sunt. Quod porro coeperam adjiciendae *Magni Ducatus* chartae geographicae consilium, id pluribus ex causis me necdum exequi posse non absque omni doloris sensu profiteor. Quo praemisso nil superest, quam ut iis, qui hujuscemodi perlustratione interea temporis indigent, Hammerianam *Magni Ducatus* chartam seu hactenus exactissimam commendem.

ncipatu *Fuldensi;* ad occidentem principatibus *chaffenburgico* et *Leiningensi*, atque Co-
.atu *Rieneocciano*; denique ad meridiem circulo
ostadtiano principatus *Baruthini*, *Schwar-
zburgensi* atque *Hohenloico* principatu et ad-
:ntibus *ordinis* olim *Teutonici* possessionibus
listrictu *Salm-Krautheimensi* terminatur.

De cetero integer territorii *Wirceburgensis*
)itus ut certitudine mathematica jam determinari
sit, abest quam plurimum, partim quod dimen-
ıes ad eum certitudinis gradum necessariae nec-
ı ubique sint factae, partim quod territorii ejus-
ı fines non omni ex parte ita sint clausi, nec ea
:diti vi repellente, ut nihil omnino regionis alie-
hinc inte se ingerat. Id vero pro certo jam nunc
ıeri potest, praesentem *Magni-Ducatus* am-
m numerum octoginta et sex milliarium quadra-
ım excedere, et incolarum circiter bis centum et
ginta duo millia continere. *)

Iudicia porro provincialia triginta et unum, to-
mque praefecturae administrandis bonis domania-
s et colligendis Principis supremi reditibus de-
ıtae, in quae *Magnus Ducatus* integer di-
citur, ordine alphabetico sunt sequentia: *Arn-
stein*;

---

*) Vid. *Adreſskalender des kurpfalzbajerischen Fürstenthums Würzburg* auf das Jahr 1806. p. 13, et compar. c. p. 22. — *Bundschuhs* Franken vor dem Lünneviller Frieden. — *Ejusdem* Grundriſs zum Vortrag der vaterländischen Erdbeschreibung und Geschichte in Franken p. 57. — *Haskels* statistischer Umriſs der sämmtlichen europäischen Staaten Heft II. p. 18. — *Hoecks* statistische Darstellung der europäischen Staaten. — *Schöpfs* statistische Beschreibung des Fürstenthums *Würzburg*.

stein, Bischofsheim vor der Rhön, Dettelbach, Ebern, Eltmann, Euerdorf, Fladungen, Gemünden, Gerolshofen, Gunzendorf, Haßfurth, Hilders, Hofheim, Homburg, Karlstadt, Kissingen, Kitzingen, Königshofen, Mainberg, Mellerichstadt, Münnerstadt, Neustadt, Ochsenfurth, Prölsdorf, Röttingen, Schlüsselfeld, Thundorf, Volkach, Werneck, Würzburg, quorum ultimum in regionem cis et trans Moenum divisum est.

Clima *Magni Ducatus* quod attinet, id mite et temperatum esse, situ ejusdem geographico jam praemisso, facile convincimur. Montes *Rhoenani* ut et *Hassiacae, Thuringicae* et *Baruthinae* montium catenae contra vim intempestam ventorum borealium et Euronoti satis eum amice tuentur. Ad meridiem vero venti australis et Africi clementiae adeo longe lateque patescit, ut eorum jucunditate et commodis satis superque gaudere possit. Varia et amoenissima collium frugiferorum locorumque planorum, pratorum succo et pinquedine exuberantium agrorumque frumentariorum, et vinearum, hortorumque obsonia proferentium et pometorum vicissitudo oculos mentemque mirifice delectat. Tellure aeque ac aëre vegetatio magnum in modum promovetur; hinc et aroma et ignis vinorum *Wirceburgensium* ac ejus praecipue, qui nomine des *Leisten* - et *Stein - Weines* celebratur, cui vina *Sommeracensia, Volcacensia, Escherndorfensia, Nordheimensia, Roedelseeensia, Randersackerana, Eivelstadtiana, Thüngersheimensia* et *Homburgensia* amico quodam foedere se jungunt, suaque et generositate et amoenitate se commendant. Praeter vini multitudinem quaecunque frumentorum genera terra haec, et ea quidem copia, profert, ut, quae annuatim exteris venduntur,

tur; dimidiam annui eorum adquaestus partem exsuperent. Cannabim et Linum regiones *Rhoenanae* praecipua ubertate, quae tamen in inferioribus etiam ad Moenum partibus non omnino desideratur e. gr. *Wiesenfeldii* aliisque in locis progignunt. Trifolii aliarumque herbarum pabularium solers et copiosa cultura armentorum greges tam numero quam pulchritudine excellentes fovet nutritque. Obsoniorum genera pleraqua omnia, et arborum, quae arte etiam et industria passim generosiores sunt redditae, fructus, sapore se commendantes interque eos Cerasum idque etiam apronianum, prunum Damascenum, pomum, pyrum, nux et reliq. quorum non minima est in exteras regiones commercii causa exportatio, ubertim feliciterque coluntur. Nec solertis rei Botanicae Scrutatoris fallitur diligentia; passimque in *Magno Ducatu* plantae hujuscemodi deprehenduntur, quas Floristae, ut hoc verbo bona cum gratia lectoris utar, hinc inde inter rarissimas numerant.

In ista, quam naturae benignitas tam eximio suo favore prosequitur, *Wirceburgensi* provincia majoris altitudinis montes, nisi vini vel frumentorum culturae inserviant, pulcherrimis sylvis nemoribusque superbiunt, non minimo, ut facile est conjecturare, incolarum ejus emolumento.

Sylvas inter momento suo, quod rei botanicae amatores et studiosi merito iis statuere debent, eminent sequentes.

Guttenbergica scilicet infra *Wirceburgum* et unius inde horae spatio distans, ad meridiem occidentem versus sita, quae plurium milliarium ambitum quasi coronat. In ea magnas hinc inde arboribus virgultisque vacuas planities deprehenderis, sicca et arenosa tel-

telluré alias, alias lutosa; et has quidem limpidissimi passim fontes intercidunt quam amoenissime. Altiores porro montiumque aemulos, eosque partim arboribus frutetisque consitos, partim nudos et lapidosos, magis minusve arduos colles suo haec sylva sinu complectitur, quibus umbrosae vel siccae, vel paludosae respondent profunditates. Neque paludes ibidem desiderantur, neque vicissim plagae admodum siccae et lapidosae, ejus telluris, in qua calx praedominatur, dum contra aliae levi solo turfoso gaudeant. Et quidquid horum est tractuum, pro unius cujusque telluris propria conditione multas alit, easque bona ex parte perraras *Florae Wirceburgensis* plantas, quibus tanto major constat propagationis suae securitas, quanto minus forestum istud, quod sepe omni ex parte cingente munitur, frequentatur, neque tanto, ac aliae sylvae undique patescentes, expositum est periculo, ne incolis suis quantivis pretii spolietur, quod harum saepe numero fatum est, neve a pecude ibi pascente devastetur.

Aemula hujus est sylva *Irtenbergensis* duarum horarum spatio *Herbipoli* dissita ad eam, quae *Episcopium ad Tuberam* ducit, viam publicam conspicua; sylvae porro circa vicos *Zeliensem, Hoechbergensem, Küstianum* et *Waldbüttelbronnensem* simili unius horae a *Wirceburgo* distantia, cuivis rei botanicae studioso apprime commendandae, quasque vix ullus hujus studii et ordinis nisi levi duntaxat pede et errante oculo hunc cursum confecerit, unquam inviset relinquetque, quin eruditae ejus curiositati satisfactum fuerit.

Non minore etiam, quam praemissae, attentione digna est ea, quam unius horulae intervallum *Wir-*

ceburgo separat, spectabilis sylva, cui nomen *Waldskugel* inditum est, non una ex parte admodum montosa, oppositis non paucis vallibus partim perquam umbrosis et paludosis. Complures etiam ibidem plagas deprehendes insigni scaturiginum numero persecatas, passimque tanta frutetorum copia consitas, ut penetrare conanti non minima se difficultas opponat; quam vero siquis masculo animo semel devicerit, condigno hujus sui laboris praemio haud quaquam mulctabitur, quum plurimae majoris pulchritudinis plantae et herbae ibidem florere soleant, quibus sylva hactenus dicta potissimum ditescit.

Neque silentio praetereundum Forestum *Waldbrunnense* ad vicum scilicet *Waldbrunn* sesqui milliari ab urbe *Wirceburgensi* remotum, et ad quod in via publica *Hoechbergam* versus, curias *Erbacenses* a dextra parte praetereundo, commodissime pertinges. Hac in sylva scrutator rei herbariae in ea, quam speciatim *Hühnerberg* appellant, plaga maxima ex parte montosa, porro in *Neusee*, *Millert* et *Roßbrunner Leiden*, partibus tum montosis tum paludosis, justo anni tempore praedam locupletem faciet.

Praecipua etiam mentione digna est sylva *Vitihoechheimensis* cum adjacentibus regionibus, partim arvis frugiferis vel vineis, partim montibus siccis, lapidosis multamque calcem continentibus, campisque incultis, perquam aridis, vel simili modo lapidosis vel arenosis, de rudiori arenae genere, admodum sterilibus. Sesqui horae intervallo *Wirceburgo* distans infra vicum *Vitihoechheimensem* sita est. Majusculis hinc inde montibus distinguitur,

mul-

multisque in locis nemoribus virgultisque obducta est, atque humida. Paucos adhuc ante annos Dictamnus albus et Lilium Martagon, et majori quidem copia, ibidem nutriebantur, quorum inde ab eo tempore, quibus nescio ex causis, multo major raritas hic dominatur. Et generatim in hac sylva plagae sunt nonnullae, quae plantas nutriunt ejus generis, quas in aliis forestis insignioris etiam magnitudinis incassum investigabis.

Non minus nota est, nec jure minori commemorationem nostram sibi deposcit sylva *Gramschatzensis*, cujus ab urbe distantia sesqui milliaris spatio, ad latus ejus septentrionale versus *Arnstein* definita est, ambitum plurium milliarium occupans. Plana est plerumque, umbra locuplete obducta et locis humidis, quo vix penetrari potest, dives. Plantas sylvestres, et, quae umbram amant, communes, quas scilicet foresta pleraque omnia progenerant, non dispersas, sed magnis, ut ita dicam, gregibus coadunatas hic inveneris; ita, ut catervatim ibi colligendi commoditas praesto sit, quidquid alias disjunctim et singulis duntaxat exemplaribus hac illave in sylva non exigua opera conquirere deberes. Mulieres, quae colligendis vendendisque herbis quaestum faciunt, indeque suam sortiuntur denominationem, dum plantas et herbas recentes floresque in foro *Wirceburgensi* ad usum eorum, qui vere novo annuatim suam conantur restaurare sanitatem, venum exponunt, vel pharmacopolis plantas medicinales adferunt, quidquid est earum mercium, e sylva petunt comportantque, quam nominavimus; et sane nec blandis verbis nec pecuniae egomet saepiuscule parcere potui, eas ut adducerem, ut in illa Sanctuaria absconditasque et procul dissitas sylvae plagas adi-

 tum

tum mihi propalando patefacerent, quibus istos plantarum thesauros reconditos esse adseverabant. Quidquid sit, nec laboris mei nec aeris eam in rem expensi nunquam me poenituit, quum utriusque praemium nunquam non exspectatione mea majus reportarem, quumque, quod majus est, praeter plantas illas principes, earum quidem mulierum aestimatione tales, aliarum etiam, quas illae levioris esse momenti autumabant, quarumque raritas mihi nota fuit, copia mihi sit facta, eo majore meo compendio gaudioque, quo certius plantas hujusmodi rariores ibi haud quaesiturus, et fortassis alias nunquam inventurus fuissem. Generatim plantae perrarae, quas hoc forestum sinu suo nutrit, rei herbariae peritis magnum in modum se commendant, optaverimque, ut earum nutrix haec Sylva a viris hujus ordinis creberrime frequentetur.

Sylvis porro ratione rei herbariae notatu dignissimis adnumerandae sunt duae, quarum una der *Rangen*, altera das *große Holz* compellatur, utraque prope pagum *Mühlhusanum*, quo duarum horarum via ab urbe principe pertingimus. In illis (etenim regni herbarii divitiis abundant) insignis plantarum phaenogamicarum et cryptogamicarum copia, alias haud ita frequentium deprehenditur. Quod vero attentionem nostram provocat praecipue sibique vindicat, *Cypripedium Calceolus* est, cujus tam laeti et frequentis in aliis regionibus floris vestigia haud facile inveniemus. Universa enim, de qua loquimur, sylvestris regio hocce ornamento tractu continuo et vix uspiam interrupto superbiret, ni rusticorum liberi e vicinia plenos florum istorum nitore et elegantia se commendantium corbes inde asportarent, quos sin-

singulis ferme diebus larga manu decerpere solent, quin et cum ipsa radice non raro evellunt. *)

Larga, quae vix deesse poterit, hic loci facta adquisitione herbaria, collegis meis rei botanicae amatoribus amice, venia ad hoc ab ipsis data, suadeo, ut excursum suum, quo ipsis fiat utilior, versus pagum *Versbach* dirigant, non equidem linea recta, sed hinc inde deflectentes in prata ridentia, et intensa sollicitudine perquirant margines rivorum et fertilia vegetabilibus nemuscula. Inde per arva frugifera ad forestum, quod ajunt, latum (*das breite Holz*) a tergo pagi *Versbacensis* penetrabunt; post vero ad sylvam, quae *Taenn* audit, inde a pago *Dürrbacensi* via recta versus *Rimpar* decurrentem, montibus vallibusque, adjacentis foresti *Versbacensis* instar, alternantibus plenam; quibus omnibus in locis plantarum pulchritudo peritos earum allicit et delectat.

Iisdem herbariis divitiis abundantem videmus regionem a dextris proxime ad viam *Randersackeranam* versus *Theilkemium*: nec minus in sylvis ac nemusculis ad utrumque latus viae publicae a vico *Kleinochsenfurthensi Erlacum* ducentis, quibus in partibus et lacus prataque uliginosa vegetabilibus haud contemnendis nequaquam destituuntur.

In-

---

*) Hujus rei egomet testis sum, ut et amicus meus aestumatissimus *D. Prof. Gejer*, quam uterque oculis percepimus. Excursione quadam in eam regionem suscepta occasionem praebente videbamus, vix ullum hortulum rusticum areamve hac planta eleganti carere, vel cum vel sine radice humo defixa.

Invisi etiam a Botanicis merentur das *obere* und *untere Gespráit* ad pagos *Prosselsheim* et *Büsensheim*, die *Breit*, der *Steinbusch* und *Eitel* prope *Wülfershaußen*, quae omnia in sylvam majorem et densam coaluerunt, planiorem aliis et aridam, in qua praecipue gramina notatu et collectione digna procreantur et efflorescunt.

Quas hactenus extulimus praerogativas, easdem merito etiam sibi vindicant confinia pagorum *Mainsondheim*, *Klein* - et *Großenlangheim*, et quae his propius adjacent, plagae turfosae et inter omnes alias forestum *Kitzingense*, quod horae dimidiae intervallum ab urbe ejusdem nominis separat, in plures partes, quarum cuique sua est propria denominatio, distinctum et non uno in loco paludibus repletum. Atque ita omnis haec regio plantis aestumabilibus abundat, ut nonnisi expleto suo desiderio rei herbariae Scrutatores eam sint relicturi.

Huc quoque pertinet sylva sic dicta *Huck* in vicinia *Wipfeldensi*, ubi castrum *Klingenstein* visitur. Est ea non-mediocris magnitudinis sylva, maxima ex parte montosa, neque tamem omnino districtibus planis et paludibus vacua, et umbra refrigerante destituta, ceterum vero plantis apprime dives Ad me quidem quod attinet, ne una quidem vice hanc sylvam invisum ivi, quin, diligentiori facta perquisitione, ditior, quam veneram, redirem.

Summae etiam considerationis et compendii pro viris, quorum causa haec scribimus, est omnis circa pristinam Abbatiam *Heidenfeldensem* regio, *Wippfeldiam* inter et *Suevofurthum* sita. In lacubus et fossis aqua-repletis ibi admodum frequentibus,

tibus, ad rivos et in paludibus, ad ripas veteris alvei *(des Altwassers)* in sylvis earumque extremitatibus, et generatim in omnibus, qui eo pertinent, districtibus, alternis plagis pulcherrimae plantae deprehenduntur; et praeprimis ferme omnia plantarum aquaticarum et paludosarum genera, multaeque aliae passim etiam perrarae, ita, ut parvam sed peramoenam eodemque gradu instruentem plantarum rempublicam prae oculis habeas. Quoties etiam dictas regiones fueris perscrutatus, vix deerit, quod proximo aditu deteges novum aliquid et raritate se commendans, prout excursus quorundam annorum spatio saepius eo instituti et repetiti luculenter satis me ipsum docuerunt.

Eodem crebrioris aditus et perquisitionis honore terrae tractus inde ab urbe principe versus *Veitshöchheim*, *Margetshöchheim*, *Ober* - et *Unter* - *Leinach*, *Zellingen* et *Retzbach*, nec non versus *Carolopolim* et *Caroli arcem* *(Carlsstadt* et *Carlenburg)* dignissimi sunt. Alternant ibi vineae fertiles, et pinquia arva, uti campi aridi, ardori solis pervii, lapidosi et steriles, nec non ripae, prata, lacus, stagna, paludes montesque, quos inter der *Carlsb rg* et vetus *arx Caroli* cum suis ruinis dignitate quadam plantarumque thesauro eminent. Qua propter sane dolendum est, quod recentior terrae illius, quae dictis ruinis interjacet, cultura plures tam pulchras quam raras plantas destruxerit. *Nihilo* tamen minus non exiguus ille inter easdem ruinas et in propinquis collibus et scopulis manibus etiam pedibusque circumreptandi labor sua refert condigna praemia, largam scilicet plantarum messem dictum- millies excedentem. Proxime

ad

adjacet Sylva, quae frutetorum multitudine se distinguit. et *Haag* compellatur, non multa quidem, sed tamen nonnullis in locis attentione nostra digna vegetabilia in se continens. Ejusdem generis deprehendes ad viam publicam, in campis terrisque incultis inde ab urbe *Corolopolitana* versus die *Schönhartshöfe* et *Stetten ad Werram*, eoque dulciore in perquirenda, pulchritudine plantarum, quas nutrit, celebri sylva *Stettensi* animus demulcetur delectatione, quod eidem sylvae id proprium sit, quod plantae rariores, quarum aliis in forestis vestigia incassum quaereres vel parvo tantum numero reperires, majore copia hic spectandas se praebeant et colligendas. Liceat porro mihi esse auctorem, ut in istis confiniis paulo superius montes *Ober* et *Unterleinacenses*, tractum etiam inter *Retzbacum*, *Thüngen* et *Arnstein* non negligas. Quod idem de monte supra *Carolopolim*, Steinberg illum denominant, et de ripis *Werrae*, inde a pago *Stetten* versus *Thüngen* et ultra, dicendum est. Ante omnes vero alios eminet sua, in ratione botanica, praerogativa mons *Kalbensteinensis* ad vicum *Carlenburg*, quo in monte praeter vinum praestantissimum etiam plantae egregiae progenerantur.

Quid dicam de sylva majore et maxima ex parte densa, nomine *Oelgrund*, ubi planities, quarum spatium vix oculus emetiri potest, montes, paludes et fontes alternant: quid nimirum aliud, quam eam quoque, qua versus *Carsbach* et *Sachsenheim* sita est, vegetabilibus esse perquam divitem?

Merito etiam hic commemoro a pago *Carsbach* sesqui hora dissitum montem *Sodenberg* vel *Schottenberg*, qui et alias der *Kilianstein* audit, et

non

non procul abhinc den *Reissenberg*, montes altos et nemoribus consitos, plantarum, quibus quilibet prudens arbiter pretium suum statuet, nutritores.

Omnis etiam circa *Gemünden*, *Zwing*, *Gräfendorf*, *Wolfsmünster* etc. regio eodem jure huc pertinet. Utroque ad alveum, quo flumen decurrit, latere sylvae densiores se praesentant. Magna certe est eorum remuneratio, qui labore in ripis hinc inde praecipitibus reptandi, vadando alibi peragrandi litora paludosa, alibique fruteta densiora vi quadam perrumpendi se deterreri quam minime patiuntur. Nil tale cogitantes subita rapimur admiratione *Nymphaearum* elegantium, magnaeque earum copiae conspectu, quae totam aquae superficiem hinc inde tegentes, oculis eam ferme subtrahunt, atque ita quasi hortum floriferum peramabilem, et in hoc elemento exoticum formant; nec minus perpulchri *Butomi* et *Hottoniae palustris* visu, quarum plantarum hi loci sunt fertilissimi, nec non rariorum quarundam, veluti *Scirpi*, *Junci* etc. aliarumque tanta copia, quanta haud facile ullibi. Eruditam peregrinationem, me quidem judice, continuare in partes inferiores jam oportet, et *Lohram* usque excurrere, evagari subinde in nemora vegetabilium frugacia, perscrutari etiam nemuscula et paludes, perambulare prata floribus superbientia, arvaque culta; et vadem me interpono, uniuscujusque huic consilio obsequentis exspectationi, quantumvis non exigua ea fuerit, satifactum iri. Meorum quidem excursuum non sine difficultatibus, quae subin ejus etiam sunt generis, ut incautis periculum, ne aquis submergantur [illegible]tatis patiantur jacturam, eo institutorum nun[illegible]; et non sine intima animi delectatione

ne adhuc pervolvo illas herbarii mei chartas, quae siccata continent vegetabilia ibidem collecta. Quibus superest, ut praetereundo moneam, etiam sylvas non procul a dictis regionibus dissitas aliaque loca plantis referta apud *Wüstenzell*, *Holzkirchen*, *Holzkirchenhaußen*, *Neubrunn*, *Homburg* etc. negligi haud debere.

Inter *Magni Ducatus Wirceburgensis* saltus ille, quem *Steigerwald* vocamus, partim magnitudine sua seu extensione physica, partim momento excellit, quod naturae scrutatores in genere, et speciatim rei herbariae studiosi eidem statuere debent. Limitem constituit *Magni Ducatus* ad meridiem, partimque ad solem orientem percurrens comitatum *Castellanum*, seque extendens ultra *Ebracum*, *Gerlocuriam* et *Haßfurthum*, denique in principatu *Bambergensi* ad laevam fluminis *Regnitz* terminatur. Sunt ibi alti et praerupti denseque consiti montes, colles et loci altiores, scopuli nudi, barathra et plagae humiliores arboribus virgultisque ita obductae, ut vix unquam solis radii eo penetrare possint, solumque diversissimi est generis, partim paludosum, partim turfosum, hinc inde arenosum vel argillaceum. Quaecunque in una alterave soli mox dicti specie efflorescere possunt, plantae omnes in hoc saltu tam spatioso non exigua copia prognascuntur; et quo diligentiorem in eo perscrutationem feceris, eo certior esse potes, plantas etiam rariores - imo rarissimas a te dedectum iri. Id vero tibi cavendum praecipue, nec hanc tuam curiositatem ad regiones tantum habitatas vel pagis vicinas vel vias tritas et hujusmodi partes limitatum eas; potius solitudines locaque densissima et asperrima tibi

bi pervadenda sunt, siquidem thesauros ibi absconditos in lucem protrahere tibique adpropriare velis. Magni quidem id operis est, et si duce viarum et locorum perito destituamur, facile exoritur periculum in avia et devia aberrandi: eo largior vero instat laborum omnium remuneratio victori, quum singulis ferme passibus novi quidpiam detegatur, unaque hora, quae in hac regione plantifera recte impenditur, plures et notatu digniores magisque diversimodae inveniantur plantae, quam alias vel decem horarum spatio, etiam solertissimo earundem venatu exactarum. Praeterea saltum istum ornat commendatque praestantissimum hyalurgium *Schleichacense* cum regione circumjacente. Neque minus mons *Michelauensis*, tractusque versus *Handthal*, curiam *Waldschwinnensem* et sacellum *d. Magdalenae* sacrum, quod medio eminet foresto, perpulchris vegetabilibus abundat, quod etiam de illa ejusdem saltus parte dicendum est, quae urbi *Gerlocuriensi* proxime adjacet, versusque *Zabelstein* se protendit.

Non procul ab oppido *Zeilensi* in districtu judicii provincialis *Haßfurthensis* sito spectabile montis dorsum sub nomine *Haßberg* notum arboribus fruticibusque dense consitum variisque hinc inde locis cultum se extulit. Mons hicce sylvosus altitudine ferme aequali ad *Oberlauringen* usque excurrit, ubi prosilit in arva, quae *Grabfeld* vocantur, hicque loci nomine des *kleinen Haßberges* insignitur. Quantumvis omne hujus dorsi montani spatium a medio ejusdem ad summitatem usque arboribus frutetisque omnino contegatur, aliisque locis e. gr. prope *Naßach* et alibi in infima sua parte,

te, collibusque illis, quibus ceu munimentis quibus-
dam cingitur, vario frumenti trifoliique .enere,
variisque arboribus frugiferis et vineis sit locuples:
hinc inde tamen, uti circa arcem *Bettenburg*,
etiam magna inculta ac veluti nuda spatia in se con-
tinet. Pene ubique, praesertim vero in regione
Unfindensi et dictae arcis, porro ad *Kleinmün-
ter, Oberlauringen, Grumm, Altershaußen,
Goßmannsdorf*, ubi lapides excellentes caedun-
ur, porro *Haßfurthum* inter et *Ebertshaußen*,
ibi similiter lapicidinae melioris notae ac praecipue
apidum calcariorum inveniuntur, vegetabilia nas-
cuntur laeteque florent attentione nostra sane haud
ndigna. Cuicunque rei herbariae amatori satis et
emporis est et desiderii ad divincendas omnes, quae
um adcurata perscrutatione montis istius sylvosi
unctae sunt, difficultates, ei sane omnibus modis
ersuadendum est, ut in eam regionem omnem ex-
urrat, spe largae messis fretus et accensus, quae
illi, quave is decidere nullatenus possit.

Nec spatio, quod occupat, nec vegetabilium ra-
one habita contemnenda est etiam sylva *Bromber-
ensis* in judicio provinciali *Hofheimensi* sita,
que ipsa circa *Hofhemium, Eichelsdorf, Dit-
erswind, Gemeinfeld, Friesenhaußen, Rüg-
eim* et *Humbrechtshaußen* circumjacens regio
a eodem judicio provinciali, ubi quondam publicis
causis diutius commoratus plantas perpulchras in-
eni, Floramque patriam hoc etiam ex fonte locu-
letavi.

Omnes vero, quos hactenus attigimus, montes
omento suo omni procul dubio exsuperat non ra-
tione,

tione rei herbariae tantum, verum etiam universim ad naturae cognitionem tota regio *Rhoenana*, limes *Magni Ducatus* ad septentrionem. Regioni huic *) montanae longitudo est octo ferme milliarium, latitudo vero pleraque ex parte pene unius milliaris; brachia ei, ut hoc utar, sunt duo, alterum prope *Gersfeld* in territorium *Fuldense*, alterum in vicinia *Zellensi* in *Isenacense* extenditur; summa vero *Rhoenarum* in ambitu *Magni Ducatus* altitudo est eo in monte, cui a Cruce nomen inditur, quae ibi devote colitur (*der Kreutzberg*) cujusque montis humeri monasterium ferunt d. Francisco sacrum et adhuc hodie a monachis ejus sancti discipulis habitatum. Addere liceat, quod elevatio montis mox nominati supra maris superficiem a *D. Professore* Fuldensi *Hellero* ope observationum barometricarum determinata sit ad 4227 mensuras gallicas, quas toises vocant (*l. e. Klafter.*) **) Universam hanc regionem climati rigidiori subesse, facile est ad intelligendum. Itaque *Rhoenae* superficies vix nive obtegitur, quin insignis frigoris rigor sentiatur; et ferme dimidia anni pars nives iis in locis, sicque etiam frigus parit. Accedit, quod, quum sen-

---

*) Ne omnibus numeris absoluta montium *Rhoenae* topographia a me describatur, prohibent jusi hujus operis limites. Quapropter selectissimas tantum, respectu semper ad commoda rei herbariae amatorum Scrutatorumque habito, ex observationibus diarii mei exhibeo. Adcuratiorem vero et quae lectorum votis satisfacere possit, descriptionem exhibet *F. A. Jägeri* opus, *Briefe über die hohe Rhöne Frankens* etc.

[illegible]er Merkur herausgegeben von *Bundschuh*

te, collibusque illis, quibus ceu munimentis quibusdam cingitur, vario frumenti trifoliique genere, variisque arboribus frugiferis et vineis sit locuples: hinc inde tamen, uti circa arcem *Bettenburg*, etiam magna inculta ac veluti nuda spatia in se continet. Pene ubique, praesertim vero in regione *Unfindensi* et dictae arcis, porro ad *Kleinmünster*, *Oberlauringen*, *Grumm*, *Altershaußen*, *Goßmannsdorf*, ubi lapides excellentes caeduntur, porro *Haßfurthum* inter et *Ebertshaußen*, ubi similiter lapicidinae melioris notae ac praecipue lapidum calcariorum inveniuntur, vegetabilia nascuntur laeteque florent attentione nostra sane haud indigna. Cuicunque rei herbariae amatori satis et temporis est et desiderii ad divincendas omnes, quae cum adcurata perscrutatione montis istius sylvosi junctae sunt, difficultates, ei sane omnibus modis persuadendum est, ut in eam regionem omnem excurrat, spe largae messis fretus et accensus, quae falli, quave is decidere nullatenus possit.

Nec spatio, quod occupat, nec vegetabilium ratione habita contemnenda est etiam sylva *Brombergensis* in judicio provinciali *Hofheimensi* sita, atque ipsa circa *Hofhemium*, *Eichelsdorf*, *Ditterswind*, *Gemeinfeld*, *Friesenhaußen*, *Rügheim* et *Humbrechtshaußen* circumjacens regio in eodem judicio provinciali, ubi quondam publicis ex causis diutius commoratus plantas perpulchras inveni, Floramque patriam hoc etiam ex fonte locupletavi.

Omnes vero, quos hactenus attigimus, montes momento suo omni procul dubio exsuperat non ra-

tione,

densis plantarumque divitibus sylvis formatas, versus *Schmalwasser*; quo facto ad montem jam supra *a Cruce* nominatum, pervenisti. Superatis hic regionibus circum pagos sic dictos novos (*Waldberg*, *Sandberg*, *Kilianshof*) campisque, pratis et fontibus in omni hoc tractu curatius perquisitis, densam attinges sylvam, in quam ascendendo non sine difficultate penetrare debes, quae vero etiam ad finem exoptatissimum nos perducit. Has enim difficultates cum molesto in eum montem ascensu junctas masculo animo devorantem duplex excipit praemium, quorum alterum in pulcherrimo longissimoque in *Franconiam inferiorem* prospectu consistit, alterum in plantarum, quarum in his locis habitationem vix ac ne vix quidem conjecturares, divite quaestu. Praeprimis invisendum montis hujus latus orientale (*um den Kissat*,) uti et occidentale latus versus den *Arnsberg*. Nec incurie omittant nostrae professionis homines ruinas arcis veteris nomine *Osterburg*, montesque, quos *Holzberg* et *Bauersberg* compellant, prope urbeculam *Episcopium*, ceterosque montes cum regione versus *Unterweißenbronn*, *Weisbach* ripasque praeterlabentis fluvii *Brent*. His vero praeferimus montem *Arnsberg*, aliumque densis nemoribus obductum, nomine *Honigschlag*, vegetabilibus notatu dignissimis consitum. Nec possum, quin sollicite commendem *montes* sic dictos *nigros*, partim cultos, partim densas sylvas dorsis suis impositas ferentes, non unius plantae exquisitioris domicilium.

Similis momenti est regio circa *Hilders*, *Reulbach* et *Simmershaußen*. Nec sterilis est, quae

berg. majore et minore, in pratis

et

et sylvis prope adjacentibus, v. gr. im *Bildsteiner Gehege*, im *Simmerhäußer Gehege* et reliq. nos suaviter allicere potest, rei herbariae messis. In montibus, quorum alterum *Dammersfeld*, unum montium *Rhoenanorum* praeter a sancta cruce dictum facile altissimum et latissimum, reliquos huic vicinos *Riedberg* et *Bildstein*, cujus supremus apex der *Eiershack* est, porro *Semmelberg* et *Ressberg* vocant, ferme ubivis cum in partibus sylvosis tum in lapidosis nonnulla se offerunt, quae scrutatorum rei herbariae desideriis facere satis possint. Prae istis vero eminet adhuc mons altus ac ferme omni modo e lapidibus compositus supra pagum *Reulbach* nomine *Schaafstein* insignis, omnique respectu naturae amatori et studioso aestumabilis. Ad ejus pedem sunt arva culta, prata paludosa, paulo superius vero nemus densum, in ejusque dorso singulae arbores et virgulta e lapidum acervis in altum excrescentia. Abundat ille melioris notae plantis cryptogamicis, a praecipuae *Levcoji verni* copia insigni. Pago *Wüstensachsen* imminet ad ejus pedem aedificato. Similis propemodum conditionis est mons insignis cognomento *Teufelsstein*, patria plantarum cryptogamicarum pulchritudine sua allicientium tellus et altor, quas etiam non parvo numero praeter alia bonae notae vegetabilia in immenso illo pariete scopuloso, nomine vulgari die *Teufelswand*, ipsemet collegi et tanquam opima retuli spolia. Inde versus montem valde saxosum, qui *Buchenpat* dicitur, excursus nostros continuantes in locis arenosis rara inveniemus vegetabilia, ea tamen lege, ne strictim ad ipsas vias nos restringamus, sed ipsos petamus transversum campos. Ad similia dona sylva proxima nos invitat. Mons ipse

Bu-

Buchenpat sat largum continet thesaurum cryptogamicum, ad quem tamen colligendum ne omni ex parte pertingamus, prohibet cum enitendi summa difficultas propter loci arduitatem, tum vitae periculum non uno in loco ad oculum imminens. *)

Mons quoque peraltus nomine *Milzburg* sive *Milseburg* dignus est, ut naturae scrutatores in his locis temporis quodam spatio degentes oculos suos animosque in eum intendant. Non is altitudine tantum sua, quum juxta *D. Professoris Fuldensis Helleri* dimensiones barometricas trecentis et octoginta tribus, et quod excurrit, mensuris gallicis (*Toises*) supra maris superficiem elevetur, verum etiam figurae suae raritate variisque partium suarum inter se cohaerentium vicissitudinibus distinguitur. Omni ferme ex parte omnis ad eum montem aditus praeclusus est, ut quum vix semitam tutam detexisse te existimes, eandem ulterius progrediendo massis petrorsis praegrandibus immo immensis oppilatam cernes, vel paries scopulosus, qui nullo modo superari potest, prodigii adinstar se tibi objicit viamque occludit. Mox longioris intervalli abyssus longius pro-

*) Lapidum massas hocce in monte adparentes perquisituris cautio adcuratissima haud satis commendari potest. Saepenumero viam planam recta procurrentem conjecturanti tibi abyssus, e cujus faucibus lapides acuti eminent, se aperit; non raro etiam lapis, cui securum insistere te posse autumas, in abyssum digreditur vel vi quadam majore praecipitatur. Iterata mihi vice mea qualemcunque rei herbariae scientiam meam ampliandi cupiditas vitae filum praescissura fuisset, nisi justo adhuc tempore animum recollegissem.

progrediendi facultatem imperiose prohibent, mox lapides soluti se offerunt, veluti minitantes, se momento eodem, quo eorum ope prorepere volueris, sub pedibus tuis recessuros. Quo tamen non obstante in istum montem ascensio haud plane inter ἀδύνατα referenda est; et qui difficultates et pericula cum ea juncta superavit, eum non tantum dulcissima requies, quae in *d. Gangolfi Sacello* eum exspectat, sed etiam aqua pretiosissima, quam fons notissimus ab eodem Sancto cognominatus praebet, remunerabitur. Et quamvis *Milzburgi* potissima pars nuda sit et sterilis, arborumque et virgultorum solummodo pigmaei per massarum petrosarum et adcumulatarum hiatus parce et laboriose penetrare soleant, attamen non tantum plantae cryptogamicae melioris notae ibi reperiuntur, sed et hinc inde ejusdem conditionis plantae sexuales, quasi in hortulis sub arborum umbrosarum tutela, collectae. *)

Nec oblivisci nos oportet montis *Hildburgensis* cum ruinis arcis veteris *Hildburg*, nec montis *a S. Gangolfo* dicti cum ruinis claustri pristini, quod eidem Sancto quondam sacrum erat, denique montis, quem *Himmeldankberg* vocant, quique inter altissimos *Rhoenae* montes numeratur; nec enim vel nullum vel minimum est eorundem quoad rem herbariam momentum.

Quum

*) Juxta aliquos (vid. *Bundschuhs* geograph. Lexicon von Franken B. III. p. 615) *Digitalis ferruginea* hoc in monte crescit. Ego quidem una alteraque vice cum summa animi intentione eam perquisivi, et fateor, eam mihi fortunam haud obtigisse, ut illam *ferrugineam* invenirem, potius *ambigua* tantum *Digitalis* mihi se obtulit.

Quum omnis regio *Rhoenana* humidos, paludosos vel inundationibus expositos districtus, eosque haud paucos, sinu suo complectatur, facile est ad intelligendum, nnmerum plantarum aquaticarum et paludosarum, quae ibi degunt, haud esse exiguum. Excellunt prae reliquis duae paludes magnae, notae sub nomine *des rothen* und *schwarzen Moors*. Illa versus pagum *Gersfeld* ambitum mille juggerum non explet tantum, sed etiam exsuperat. Haec vulgariter *Feldmoor* adpellata, versus *Fladungen* et *Hausen* sexcentis circiter juggeribus coercetur. In utraque stagna minora cum humo paludosa et infirma, nec non cum plagis musco dense obtectis diversimode alternant. Profunditas harum paludum nulla hinc inde mensura determinanda, et levitas atque uligo soli, in quo minoris etiam ponderis corpora facile et confestim subsident, in causa est, cur illas justo scrutari modo necdum licuerit; et cur tempestate tantum calidissima sciendi cupidis liceat, penetrare in eas profundius, atque idoneas tentare disquisitiones, quod tamen ipsum haud aliter, quam cum cautione fieri debet. Praeterea in regionibus *Rhoenanis* complures adhuc numerantur partim majores partim minores paludes, stagna, fontes, rivi et fluvii, in quibus et ad quos varia notatuque digniora vegetabilia habitant.

Praeter hactenus enumeratas non exigua in *Magno Ducatu Wirceburgensi* sylvarum majorum minorumque comprehenditur copia, quae pro varia sua conditione plantas illas omnes, arbores et frutices abunde satis proferunt, quae talibus in locis ex-

 stare

stare et reperiri solent, quaeque recensere ad unum omnia operis hujus limites omnino prohibent. *)

Simili modo praeter montes, quorum jam facta est mentio, in eodem *Ducatu* complures alii capita extolluut, minoris illi vel majoris altitudinis, neque Botanices amatorum attentione indigni. Considerentur solummodo vineae frugum feraces circa *urbem principem*, illae versus *Randersacker*, *Eivelstadt*, *Ochsenfurth* etc. nec illae minus prope *Dettelbach*, *Kitzingen*, *Volkach*, *Sommerach*, *Escherndorf*, *Rödelsee* pluresque aliae, ad quarum pedes quarumve in dorsis inclinatis plantae deteguntur variae, non minimae pulchritudinis et hisce in locis vix exspectatae. Referendi huc etiam propius et proxime ad urbem *Wirceburgensem* conspicui montes *a. b. V. Maria* et *a. S. Nicolao* dicti, item mons *Zellensis* et *Dürrbacensis*, in quorum posteriore ruinae arcis *Schenkianae* visuntur. Nec minus der *Ravensberg* infra pagum *Veitshoechheim*, die *Hallburg* et *Vogelsburg* prope urbeculam *Volcacensem*, cum quadam montis posterioris praerogativa, qui scilicet partim vitibus superbit, partim arvis cultis et frugiferis gaudet, hinc vero etiam et inde locis infoecundis amplioribus et vel lapidibus vel arena obductis horret, aut contra Sylvulis, quas continet, oculos animumque recreat. Mihi quidem feliciter evenit, ut numerum vegetabilium, quae detegere et colligere operae pretium est, haud minimum ibi in-

---

*) Sylvarum, quas *Magnus Ducatus* continet, summa, non computatis *Rhoenanis*, centum et quinquaginta juggerum millia excedere dicitur.

invenirem. Eundem in censum venit der *Schwamberg* sive *Schwabenberg* prope *Rödelsee* et is quidem perquam insignis prospectus longioris delicias offerens et solerti Botanicorum disquisitioni certo certius respondens. Nefas etiam foret silentio premere montem *Kalbensteinensem* in vicinia pagi *Karlenburg* jam memoratum, porro montem notabilem *Kalmut* apud pristinam praeposituram *Triefenstein*, nec minus montem *a Carolo* dictum prope *Carolopolim*, illum etiam, cui nomen *Zabelstein* supra urbem *Gerlocuriam*, arcem *Trimberg* prope *Auram* et montem *Bodenlauben* partim sterilem partim cultum ad urbem *Kissingensem*, aliosque plures. Catenam quoque montium in confiniis urbis *Haßfurthensis* hoc loco adferre oportet, quae prope oppidum *Zeil* orta et pro partium suarum varietate variis etiam nominibus insignita, diversis in locis vitibus consita, maximam vero partem inculta est vel arbores profert et frutices. Hos inter montes altissimus eminet, qui *Hohwann* sive *Hauwann* cognominatur. Distat unius circiter horae spatio ab urbecula *Haßfurth*, campique illum inter et hanc siti omnes nonnisi arenosae terrae particulis constant. Ascensus in eum perquam difficilis, solumque inde ab oriente via paulo tolerabilior ad ejus apicem, ubi *Crux* lapidea et lignea quaedam Scamna ad quietem capessendam apta se praesentant, perducit. Propter ejus altitudinem amoenissimus inde patet in regiones remotas prospectus, dum modo tempestatis serenitas faveat. Ad haec omnis culturae defectus, quo maxima pars hujus montis premitur, et humi conditio sicca et ex calce consistens nullatenus impedit, quominus fructus proferat, si ita loqui liceat, botanicos, quos aliis

in

in locis similibus irrito saepe labore investigaremus. Heic etiam loci quasi per transennam lectoris, quum oculos non possim, mentem animumque in alium *montem*, quem *aureum* dicunt (*Goldberg*) directum velim, qui non habita etiam perpulchri in longinguum prospectus ratione, plantarum ibi crescentium selectu Botanicorum diligentiam et sciendi cupidinem magnopere incitat. Cuncti jam adducti montes, quamvis non omni ex parte culturae subacti sint, non tamen omnimodo steriles sunt prospectumque, qualem jam descripsimus, hinc atque illinc praebent. Eorum apices vel arcibus ornantur adhucdum habitatis, vel rudera ferunt arcium hujus modi, quae tempore vel belli manuarii, quod jus etiam, inepte satis, manuarium vocare quondam solebant, vel gentis rusticae devastationi succubuere. Quo rarius alibi est certum plantarum genus, eo major animi recreatio, dum saepenumero lapidum in hoc monte hiatus varias hujus generis species praesentant.

Maxima vero est iis in vallibus et planitiebus naturae liberalitas, quae montibus sylvisque occluduntur, vel omni ex parte liberis apertisque, longis et latis regionibus consistunt. Varia est, uti facile augurari licet, pro vario situ earum conditio. Vel enim arenosae, vel lapidosae, steriles solisque ardori undequaque expositae sunt plagae, vel terrae insistunt frugiferae, magis minusve pingui, ubi varia obsoniorum frumentique genera intermixtis quandoque arboribus frugiferis et industriae adjumento generosioribus, et subin etiam vitibus conspiciuntur; vel planities formant minoribus frutetis dense obductas, vel pinguia prata florum multitudine excel-

cellentia, vel contigua fluminibus vel fontibus rivisque persecata. Dum major earum numerus crebrioribus inundationibus expositus est, aliae perpetuo humidae sunt et paludosae. Ubique vero praeter plantas naturae hujusmodi locorum adcommodas, eoque sensu vulgares, aliae etiam minus frequentes deprehenduntur.

Frumenti copia eminet *Regiscuriana* in arvis, *Swinfurtensis* et *Ochsenfurtensis* regio (*der Königshöfer, Schweinfurther und Ochsenfurther Gau*); pabuli vero seu pastus divitiis valles pleraeque ad flumina minora *Saale, Streu, Sinn* nec non vallis *Schlüsselfeldensis* etc.

Flumina fluviosque Magni Ducatus quod attinet, princeps eorum est *Moenus*, a limite ejus orientali ad occidentalem usque variis flexibus sive, ut ajunt, cornubus eum *Ducatum* perfluens, nec ullibi ferendis navibus impar. Ripae hujus fluminis non infrequenter planae, aequabiles et arenosae vel paludosae sunt, jam altiores, praeruptae et lapidibus consitae, jam densis teguntur nemoribus, jam pinguibus pratis campisque cultis et frugacibus vel hortis pomariis finitimae sunt. Quousque hic *Moenus* territorii nostri limitibus arctatur, flumina plura multosque et majores et minores rivos alveo suo excipit. Haec ipsa, de quibus sermo fuit, litora scrutanti Botanices cultori non unam offerunt plantam pulchritudine eximiam. Tentandi causa perquirere duntaxat placeat haec ipsa *Herbipoli* inde ad *Retzbacum*, nec minus ab hocce pago *Corolopolim* et *Gemünden* usque etc. Porro versus *Heidingsfeld, Ochsenfurth*, prope *Kitzingen*,

Det-

Dettelbach, *Volkach*, *Wipfeld* reliq. Adhibita congrua diligentia haud abesse potest, quin nonnullae attentione digna se exhibeant.

Tubera e districtu *Rothenburgico* decurrens, *Moenumque* penes civitatem *Wertheimensem* influens, etiam *Magni Ducatus* partem lambit. Ad ejus ripas in confiniis urbecularum *Lauda* et *Röttingen*, et in his praecipue posterioribus vegetabilia non pauca attentione et favore meo haud indigna egomet inveni.

Saala etiam, cujus scaturigo pago *Alsleben* supra urbem *Regiscurianam* in arvis confinis est, silentio haud quaquam praetereunda. Remotissimum ejus fontem den *Saalbrunnen* vocant, et infra *Untereßfeld*, facta ejus cum rivo *Salzbach* conjunctione, *Saalae* nomine primitus insignitur, multorum minorum fluminum multorumque rivorum in suum sinum benevola receptatrix. Permanata variis flexibus magna *Magni Ducatus* parte, qua ille septemtrionem versus occidentem respicit, penes urbeculam *Gemünden* in *Moenum* profunditur. Ripae ejus variis in regionibus e. gr. ad pagum *Saal* proqe *Neustadt*, *Gemünden* et reliq. ipsas adhuc *Moeni Tuberaeque* ripas vegetabilium divitiis, rite facta comparatione, justoque computu instituto exsuperant.

Minoris momenti fluvius die *Werrn* compellatur; oritur in praefectura *Ebenhaußen* supra pagum *Poppenhaußen*, variisque modis huc illucque deflectens versus *Geldersheim*, *Werneck*, *Arnstein*, *Thüngen*, *Stetten* etc. dirigitur, tan-

tandemque prope pagum *Großwerrnfeld* in judicio provinciali *Gemündano* in *Moenum* effluit. Decurrit ille plerumque per prata frugifera, minus vero frequenter altiores et monticulosae ei sunt ripae, vel vitibus, vel virgultis obductae; illae praecipue prope *Thüngen*, *Stetten* etc. nonnullis plantis elegantioribus loculos meos locupletarunt.

Exiguus quidam, qui *Milz* dicitur, fluvius e territorio *Hildburghusiano* supra pagum *Waltershaußen* in *Magnum Ducatum* nostrum ingreditur, et prope oppidum *Saal* cum flumine hujus nominis miscetur. Maxima ex parte fertilia alluit prata, et, quanquam nec in sinu nec in ripis ejusdem eximiae raritatis vegetabilia exstent, tamen propter varietatem eorundem et vicissitudinem quasi arte et studio quodam productam non omni Botanicorum, casu quodam istam regionem invisentium, attentione est indignus.

Similis ferme cum quoad exiguitatem, tum in ratione ad rem herbariam conditionis est, qui *Sinn* audit, fluvius, ortum trahens e *Rhoenis* ad pedem montis *a Sancta Cruce* cognominati, alium montem *Arnsberg* dictum, inter et montes nigros; ad pagos *Wildfleck*, *Oberbach* etc. cursum suum continuans, varie deflectens, denique in confiniis *Wolfsmünsterianis* facta sua cum *Saala* flumine junctione proprium amittens nomen.

De alio consimili, qui *Brenta* vocatur, nil aliud notare opus, quam ejusdem ortum in montibus *Rhoenanis* ad eum, quem paulo ante nominavimus, montem *Arnsberg* scilicet, in vicinia pagi *Oberweissenbrunn*; decursum ad pagos *Franken-*

kepheim, *Unterweissenbrunn*, *Wegfurth*, *Schönau* et urbem *Episcopium*; et prope *Neostadtium ad Saalam* in fluvium hujus nominis influxum.

Eadem haec *Saala* sinu suo excipit non diversae quidem magnitudinis, sed majoris tamen alia ratione momenti fluvium *Streu*, ad septemtrionalem montium *Rhoenanorum* terminum e sylva eodem nomine *Streu* insignita (*dem Streuwalde*) scaturientem, cursumque suum ad *Fladungen*, ac postquam ejusdem iterum nominis regiunculam (*den Streugrund*) permeavit, *Neostadtium ad Saalam* prosequentem. Omnis ille, quem pervagatur, districtus vegetabilibus abundat, eique complura atque etiam exquisitiora, quae *Floram Wirceburgensem* ornant, refero in acceptis, in confiniis *Mellerichstadtianis* pagorumque *Mittelstreu*, *Heustreu* et *Hirschfeld* a me reperta.

Ulstera, etiam minorum gentium flumen, ad pedem *Rhoenanae* montium catenae *Ursprüngen* inter et *Wüstensachsen* prosiliens, *Hildersium* et *Episcopium Rhoenanum* praeterlabitur, et penes *Facha* se momenque suum *Werrae* fluvio haud repugnans immolat.

His paulo superior alveo et aqua decurrente est die *Lauer*, cujus scaturigo pago *Oberlauringen* confinis est, et cujus, peracto ad limina urbeculae *Lauringen*, decursu, cum semet conjunctionem ad pagum *Niederlauer* Saala lubenter patitur. In ejus confiniis praesertim apud *Bremich*, *Münnerstadt* et *Burklauer* praedam herbariam agenti mihi satis fuisse factum profiteor.

Ad

Ad ripas *Schundrae* sive *Schondrae* fluvii minoris, qui e provincia *Fuldensi*, natali suo solo, progressus apud *Gräfendorf Saalae*, tot aliorum instar, jungitur, non parva vegetabilium praestantiorum copia, praecipue penes *Wolfsmünster*, *Schonderfeld* etc. reperitur; qua ex causa etiam *Schondrae* hic oblivisci haud oportuit.

Atque hactenus de fluviis per *Magni Ducatus* ambitum majoribus minoribusque. Exstant vero in eodem, magno numero, rivi magis minusve ampli et effusi, tum ipsi, tum eorum ripae vegetabilium variorum et observatu digniorum habitacula. Ad priores referendi die *Nassach*, alios duos, nimirum *Auraißbach* et *Rietbach* in suum recipiens alveum, haud procul ab urbe *Haßfurthensi* undas fluminis *Moeni* unione sua ampliaturus; porro *Thulba* sive der *Thulbabach*, qui rivus regioni judicii provincialis *Episcopiensis* ad *Rhoenas* ortum suum debet, et prope *Hammelburgum* Saalae jungitur; nec minus rivus *Unke* sive *Onke*, qui inde a fonte suo in terra *Traustadtiensi*, non procul a sylva *Steigerwald*, continuo cursu *Moeno* adproperat, in quem infra pagum *Grafenrheinfeld* ruit; deinde mediocris generis rivus die *Schwarzach* ex eadem, quam vix nominavimus, sylva prolabens, quem in confiniis extinctae nunc Abbatiae *Münster - Schwarzacensis* Moenus pater amplexu intimo ita secum conjungit, ut inde uno sub hujus nomine alveo decurrant. Rivulos complures silentio praetereamus.

Simili modo magnus est in *Magno Ducatu* lacuum stagnorumque numerus, peramoenae occupationis non unam horam rei herbariae amatoribus feliciter

ter expleturae foecunda scaturigo. Memoratu ex his dignissimum est stagnum *Frickenhusanum*, quadrante horae a pago *Frickenhusano* et duobus quadrantibus a *Mellerichstadtio* remotum. Rotundum illud est, basisque, cui innititur, latiuscule inter duos montes quasi incidendo descendit. Ambitum ejus, quum ob praeruptam montis, praecipue septemtrionem versus, conditionem nec facile nec sine periculo circumiri possit, haud praecisim determinabimus, dimidiae tamen horae ei fertur esse peripheria. Ad latus duntaxat occidentale aditus eo patet. Sat magna ei est introrsum regio nitens humo solida, et aquis impenetrabili, sive vi aquae emollienti resistente; haec vero circa ejus medietatem disparet subito, ejusque loco vorago immensa sese aperit, cujus profunditas necdum bolidis ope potuit explorari. Quanquam nullibi aquae ad eum accessus vel ab eo recessus observetur, ejus tamen undae foetorem nunquam induunt, earumque sapor aquae fluviali vividae adsimilatur. Singularius illud est, quod saepiuscule aqua ejus turbetur *) etsi omnis circum circa regio pluviam neque viderit neque persenserit. — Mentionem porro jure quodam suo sibi deposcunt der *große* und *kleine Sennfelder See*, der *Riedenheimer* bei dem Städtchen *Röttingen*, der *Heubächer* bei *Königshofen* im Grabfelde, der *Herlheimer See*, der *Strecksee* und der *neue See* bei *Gerolshofen*, der *Reichmannshäußer*, die Seen bei *Werneck*, bei *Heidenfeld* und *Schwarzach* (duae abbatiae, quae secularisationis, ut ajunt, fatum subierunt) bei *Großenlangheim* und *Schlüsselfeld*. Ut

*) Vid. *Jägers* Briefe über die hohe Rhöne Frankens etc. B. II. p. 79.

Ut de aliis praescindamus, quum nobis jam non liceat, esse longioribus. Non possum tamen, quin lacus commemorem *Kleinochsenfurth* inter et *Erlach* propterea, quod et ibimet et in eorum vicinia vegetabilium, quae suam ob qualitatem aestimantur, alibique rariora sunt, copia hic deprehendatur. Idem ferme dicendum de lacubus in fossa oppidana *Herbipolensi* portas inter, quas, alteram Pleichacensem alteram novam vocant. Mihi quidem fossas oppidanas pluribus annis continuis earumque lacus, fontes et rivos diligentius perquirenti larga nunquam non messis obtigit, ita, ut mea scrutandi cupiditas et labor impensus gaudii, quod rediens persensi, magnitudine compensaretur. Cultura tamen earum fossarum copiam plantarum praestantium minui easve plane exstirpari non est eundum inficias, et hoc saltim respectu dolenter referendum.

Provinciae ejusmodi, qualis est, ut hactenus descripsimus, *Magnus* noster *Ducatus*, partim sylvis obductae, partim montibus majoris minorisque generis tumenti, totque fluviis, rivis et fontibus persecatae, nec non lacus et stagna varii generis et magnitudinis in se continenti, loca quoque paludosa Botanicorum scopo haud inidonea facile deesse non posse, mirum sane non debet videri. Maxima eorum pars, et quae attentionem nostram majore jure sibi deposcunt, in confiniis *Rhoenae* atque in ipsa regione *Rhoenana* extant, prout jam duo majora stagna sub nomine des *rothen* und *schwarzen Moores* commemoravimus. His etiam remotis alii complures *Magni Ducatus* districtus et paludes exhibent et prata paludosa. Id, quod praecipue locum habet in sylvis *Gramschatziana*, *Guttenbergensi*, *Kitzingen-*

sten-

atensi, *Zellensi*, *Irtenbergensi*, *Kitzingensi*, im *Steigerwald*, porro in sylvis Abbatiam quondam *Heidenfeldensem*, nunc extinctam, cingentibus, porro in confiniis pristinae Abbatiae *Schwarsach*, penes *Dettelbach*, *Schwarzenau*, *Erlach*, *Ochsenfurth*, *Ebern*, *Schlüsselfeld*; deinde ad litora Moeni versus *Corolopolim*, *Gemündam*, prope *Gräfendorf*, *Wolfsmünster*, *Großen* - et *Kleinlangheim*, *Haßfurth* multisque aliis locis vel propioribus vel remotioribus. Ad urbeculam ultimo loco nominatam duae sunt paludes, quarum nobis potissimum facienda est mentio. Altera circiter horae quadrante ab illa distans et ad dextram in directione viae *Zeilensis* sita viginti quatuor juggerum ambitum emetiri videtur. Media nullum sustentat corpus, sed homines potius et animalia desident et merguntur. Sub nomine des *großen Moos* nota est. Altera minus lata, arctior et oblonga, sed priore minor, quum ejus magnitudo vix duodecim juggera attingere videatur, quingentis circiter passibus ab illa, obliqua directione versus patibulum, remota est. Ceterum hujus eadem ferme est, ac prioris, conditio, uti et in eo conveniunt, quod varia et notatu digna nutriant vegetabilia.

Posteaquam nunc Lectores benevolos in potissimas, habita praeprimis rei herbariae ratione, *Magni Ducatus Wirceburgensis* regiones manu veluti deduximus, temporare nobis, scriptiuncula hac ad finem properante, haud possumus, quin districtus illos, e quibus ad augendas explendasque *Florae* domesticae divitias maximus faciendus, et quoadusque sic lo- qui fas est, jam factus set quaestus, adhucdum [illegible] meremus. Praeter sylvas, montes, co[illegible]

fluviosve jam nominatos huc spectant judicia provincialia *Carlstadt*, *Gemünden*, *Ochsenfurth*, *Dettelbach*, *Volkach*, *Kitzingen*, *Gerolshofen*, *Röttingen*, *Königshofen*, *Schlüsselfeld*, *Hofheim*, *Haßfurth*, *Kissingen*, *Neustadt*, *Flädungen*, *Arnstein*, et quod ad postremo loco nominatum attinet, proxime adjacens regio, praecipue pagum *Büchold* versus. Inter virgulta, in sylvis, montibus, pratis, campis, agris et ad fluvios, rivos et paludes eorum, quae enumeravimus, judiciorum provincialium curiosi vegetabilium scrutatoris, quantumvis ille et magna et complura exspectaverit, desideria omnino expletum iri certo est certius, uti et illud, quemlibet, qui non festinanter, sed cum sufficiente otio debitaque oculorum et animi intentione regiones *Magni Ducatus* potissimas et exquisitas perambulat visitatque, non tantum omnes vicinarum, quae aliis Imperantibus parent, provinciarum plantas, sed quasdam adhuc alias majoreque numero facile detecturum esse. Ego quidem nec tempori nec impensis parcendum, nec fugiendas cujusvis generis difficultates esse existimavi, quo omnia cum summa sollicitudine perquirerem mihique facerem propria, eaque etiam ex causa partes *Magni Ducatus* omnes, quas perscrutari meae professionis hominum prae aliis quam maxime interest, non una tantum vice, sed pluries peragravi. Et siquidem patriae meae dulcissimae — in qua, si dicendum quod res est, rei herbariae cognitio plenior adhuc in cunis delitescit, paucos duntaxat numerans amatores, in qua porro proh dolor! *exoticae* quaedam *plantae* misera [illegible] in tepidariis seu aedificiis calefactoriis edu- [illegible] tanquam totius Botanices Sum-

Summa et complexus multorum adhuc oculos mentesque in sese defigunt, et in tacitam rapiunt admirationem, quum contra *Deae* nostrae *domesticae*, Florae scilicet nostri *Magni Ducatus* amabiles liberi non sine despectu negligantur, sicque pro Junone nubem amplecti, ornatumque pretio carentem et genus pygmaeum illi, quod in se et verissime pulchrum, magnum et utile est, praeferre haud est infrequens — commoda hisce meis conatibus vel mediocriter tantum promovero, hoc sane ipsum pro dulcissimo maximoque eorum praemio reputabo.

CLAS-

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Fraxinus excelsior. (*Flor. wirceb. I. p.* 11.)

Abundat in omnibus fere montibus sylvaticis et ad pagos *Rhoenae*.

Specimina ibidem crescentia multo proceriora evadunt, quam in aliis regionibus, et altitudinem 120 et 130 pedum persaepe attingunt.

Variat: a) *Floribus omnibus* masculis b) *floribus* plane hermaphroditis, c) *ramulis* pendulis, d) *foliolis* angustissimis eroso-dentatis, e) *foliolis* atro-viridibus crispatis, f) *foliis* denique in hortis eleganter aureo- et argenteo variegatis.

Varietatis e) egregium in sylva *montis st. cruvis* (vulgo *die Rheeden*) specimen admiratus sum.

* *Fraxinus simplicifolia* foliis simplicibus et ternatis ovatis profunde serratis, floribus nudis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 1098. *Ejusd.* Enum. h. b. b. p. 1059.)

Fr. heterophylla Vahl. Enum. I. p. 53.

In nemorosis *der Marrbachsfelder* ad *Abb. Heidenfeld* hanc semel observavi.

Non est vero peculiaris species, sed mera antecedentis ex seminibus ejus orta varietas, quod im-

primis etiam attestantur *viri celeberrim. Personius* (*synops. plant. II. p.* 604.) et *Gmelinus.* (*Hort. carlsruhan. p.* 112.)

Circaea alpina. (*Fl. wirceb. p.* 13.)

In sylvaticis a pago *Waldberg* versus *claustrum montis st. crucis*, inque aliis *Rhoenae* sylvis copiosissime provenit. Copiose quoque *im Steigerwalde* reperitur.

In iisdem etiam locis *Circaea intermedia Ehrh.* (*Fl. wirceb.* l. c.) cum antecedente sporadice crescit.

Veronica spicata, (*Fl. wirceb. p.* 14.)

Copiosissima in sylvaticis prope *Groſsenlangheim*, in via versus *Schwarzach* et in pluribus aliis regionibus.

Variat: *Statura* majori et minori, *foliis* angustioribus latioribusque ac profundius serratis, *caulibus* plane erectis *aut* adscendentibus et ramosis, nec raro etiam *spicis* 2-3-4 et 5.

Quanquam denegari haud possit, *Veronicam* nostram *spicatam*, prout scilicet aprica montosa aut nemorosa inhabitat, faciem varie mutare, uti optime annotat *Ill. Sprengelius* (*Mantiſſa prim. Flor. hal. p.* 4.) ex altera tamen parte incredibile mihi non est, *Veronicam* etiam *hybridam* sub variationibus hisce relatis latitare posse. Specimina saltem possideo simul cum *spicata Veronica* lecta notis omnibus, que *Veron. hybridae* tribuuntur, instructa, quibusque planta ab egregio *Marschall a Bieberstein* sub *Veron. hybrida* descripta (*Flor. taur. caucas. I. p.* 8.) omnino convenit. Interea *Veron. hybrida* ab *Ill. Willdenowio* (*Schrad. Journ.* 1799. *St. II. p.* 282. *t.* 3.) descripta

scripta atque delineata plantae nostrae nullo modo congrua.

Observationes continuatae, nec non plantae dubiae cultura obscura demum collustrabunt.

Veronica scutellata. (*Fl. wirceb. p.* 18.)

Plantula in Provincia hujate minime rara. In nostris vero regionibus borealibus majori copiam crescentem observavi, quam in australioribus.

Occurrit in siccioribus *caule* vix digitali, in humidis vero, praecipue turfaceis, semipedali et longiore. *Corollis* etiam totis niveis aveniis reperitur.

Utricularia vulgaris. (*Ibid. p.* 27.)

(*Hayne* in Schrad. Journ. I. 1800. p. 17. t. 6.)

Planta non adeo rara, uti videtur. Memorabile vero est, eam annis quibusdam copiosius provenire. Sic e. gr. anno praeterito in paludosis *sylvae hoechbergiensis* nimium erat frequens, ubi alias vix reperienda.

---

* *Salvia verticillata* foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis multifloris subnudis, stylo corollae labio inferiori incumbente.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 142. *Pers.* syn. pl. I. p. 28. *Schrad.* Fl. germ. I. p. 65.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad vias, in herbidis. (In agro sinistrorsum juxta viam versus *Gerbrunn* inter *Trifolium pratense* specimina 5-6 nuperrime detexit *dil. Fr. G. H.*)

Caules erectiusculi, tetragoni, subvillosi, pedales *aut* sesquipedales. *Folia* rugosa, villosa, crenato-

 den-

dentata, obtusa: *inferiora* longius petiolata cordato-ovata, *superiora* breviter petiolata cordato-subrotunda. *Flores* pedunculati in *verticillos* multifloros remotos subsecundos dispositi. *Corollae* parvae, extus pubescentes, coerulescenti-purpureae.

Herba fere inodora.

* *Salvia sclarea* foliis cordatis acutis rugosis crenatis, bracteis concavis acuminatis calyce longioribus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 147. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Fl. germ. p. 67. *Herb. Blackw.* t. 122. *Sturm.* Deutschl. Fl. I. 9.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in hortis, ad vias. (Specimina pauca ad viam versus *Heidingsfeld* atque inter hortos ante *portam Pleichach* lecta sunt.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, villosus, subviscidus. *Folia* cordata, acuta, rugosa, villosa, inaequaliter crenata: *inferiora* petiolata, *summa* sessilia. *Verticilli* 3-5-flori *bracteis* amplis acuminatis ciliatis coloratis suffulti. *Corollae* speciosae, pallide coeruleae.

Planta sine dubio hortis egressa, ubi nonnunquam colitur. Clima vero nostrum haud aegre fert, et per aliquot jam annos spontanea observatur.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Gladiolus communis. (*Flor. wirceb. p.* 47.)

Occurrit etiam in pluribus aliis regionibus, e. gr. in sylvaticis herbidis inter *Versbach et Rimpar*, in

Steigerwalde, in *foresto mühlhussano*, prope *Schwein-furt* et alibi.

---

* *Iris sibirica* imberbis, scapo sub-3-floro tereti, germinibus trigonis, foliis linearibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. 237. *Schrad.* Fl. germ. I. p. 107. *Jacq.* Fl. austr. t. 3.)

J. pratensis. Pers. syn. pl. II. p. 53.

Perenn. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvaticis, in pratis. (Passim in sylva ad *Grossenlangheim* et *im Forste* ibidem. In pratis prope *Abb. Heidenfeld* non procul *vom Altfeldhof* satis frequens.)

Scapi 1-2-pedales, erecti, teretes, glaberrimi, sub-3-flori. *Folia* linearia, acuminata, glabra, lineata, scapo breviora. *Flores* terminales, dilute coerulei: *laciniis reflexis* majoribus pallidioribus, *erectis* minoribus saturatius coloratis. *Tubus corollae* brevissimus. *Stigmata* laciniarum corollae colore, sed pallidiora, apice incisa.

Schoenus albus. (*Flor. wirceb. p.* 50.)

Frequens in graminosis paludosis *sylvae kitzingensis.*

* *Schoenus fuscus* culmo trigono, foliis setaceis canaliculato-carinatis, fasciculis terminalibus subgeminis involucro longe minoribus, spiculis sub-3-floris, stigmatibus stylo longioribus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 262. *Pers.* syn. pl. p. 58. *Schrad.* Fl. germ. p. 110.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in uliginosis turfosis. (Frequens *an den sogenannten ungeheuern Seen* prope *Grossenlangheim.*)

A praecedente differt: *culmis* humilioribus tenuioribus obtuse trigonis, *foliis* minoribus filiformibus, *spiculis* plerumque 2 breviter pedicellatis fasciculatis fuscis: *altera* minore, et *setis receptaculi* modo 3 seminibus duplo longioribus.

Schoenus nigricans. (*Flor. wirceb. p.* 51.)

Plantam coeterum rarissimam secundum relationem *D. D. Wolff* in udis prope *Schweinfurt* passim legere licet.

Scirpus Baeothryon. (*Fl. wirceb. p.* 53.)
In humidiusculis in via a *Sickershaufsen* versus *Grofsenlangheim*, porro versus *Hohfeld*, inque *foresto kitzingensi* non rarus.

Scirpus palustris. (*Flor. wirceb. p.* 54.)

Variat 1) *culmis* minoribus tenuioribus inaequalibus, intermixtis crassioribus longioribus et tenuissimis brevioribus, mox erectis, mox varie curvatis *aut* flexuosis, et *spicis* ovatis minoribus variae magnitudinis: *glumis* oblongis acutis. (*Sc. varius Schreb. in Flor. erl. ed. Schweigg. et Kört. p.* 11.) 2) *radice* crassiore sublignosa, *culmis* digitalibus *aut* sesquidigitalibus pertenuibus filiformibus confertis aequalibus rigidioribus erectis *aut* varie flexis, ac *spicis* multo minoribus: *glumis* lineari-oblongis obtusiusculis. (*Sc. tenuis. Schreb. l. c. p.* 12.)

Scirpus Caricis. (*Ibid p.* 56.)
Etiam in fossis prope *Sickershaussen* observatus est.

Nardus stricta. (*Ibid. p.* 64.)
Copiosissime ubique in monte *st. crucis*, inque aliis montibus *Rhoenae*.

DI-

DIGYNIA.

* *Syntherisma glabrum* foliis vaginisque glabris, flosculis ovatis.

(*Schrad.* Fl. germ. I. p. 163. t. 3. f. 6.)

Panicum sanquinale. *Leers.* Fl. herb. p. 14. t. 2. f. 6.

Digitaria filiformis. *Koeler.* Descript. Gram. p. 26.

Ann. *Flor.* *Julio-Septembri.*

Hab. ad vias, in arenosis. (Ad vias inque arenosis prope *Heidingsfeld* et *Grossenlangheim.* Copiose in arenosis subhumidis circa *Sickershausen*, et alibi.)

Culmi digitales, sesquidigitales, erecti toti *aut* adscendentes, *basi* saepissime procumbentes, tenues, filiformes, glabri, *nodis* 2-3 purpureis instructi. *Folia* brevia, striata, glabra. *Vaginae* subinflatae, striatae, glabrae. *Ligula* obtusa, integra. *Spicae* 2-3, lineares, graciles, *primo* erectae, *florentes* horizontales. *Spiculae* parvae, rachi latiores, ovatae, geminae, pedunculatae: *pedunculo altero* breviore. *Pedunculi superiores* plerumque uniflori. *Calyx* muticus: *valvulis* aequalibus laevibus tenuissime pubescentibus. *Corolla* cartilaginea, nitida, purpurascens, *semen* arcte includens.

Habitus omnino *Syntherismatis vulgaris*, quocum facillime confunditur.

Phalaris arundinacea. (*Fl. wirceb. I. p.* 71.) Varietas *foliis* latioribus ex albo et flavescenti eleganitssime variegatis prope *Grünau* sponte crescit.

Stippa pennata. (*Ibid. p.* 85.)

Co-

Copiosa in monte *Kalbenstein* infra *Karlstadt*, et passim prope *Schweinfurt*. *D. W.*

Aira praecox. (*Flor. wirceb. I. p.* 96.)
Hab. circa *den ungeheuern Seen* ad *Grofsenlangheim* frequens.

Melica coerulea. (*Ibid. p.* 100.)
Varietas *culmis* demissioribus, *foliis* angustioribus brevioribusque in pratis humidis *Rhoenae*, praesertim prope *Waldberg* minime rara.

Poa sudetica. (*Ibid. p.* 107.)
In humidis montis *st. crucis* versus *Bischofsheim* non raro obvia.

Poa serotina. (*Ibid. p.* 110.)
Elegans graminis hujus variatio caesia in *sylvula bohemiensi* reperitur.

Festuca bromoides. (*Ibid. p.* 118.)
Ante sylvam inter *Bremig* et *Waldaschach* passim occurit.

Bromus asper. (*Ibid. p.* 132.)
In *sylva auersbergiensi* non infrequens.
Variat *culmis* glabris.

Bromus giganteus. (*Ibid. p.* 133.)
In eadem cum praecedente sylva, sed magis frequens.

* *Bromus racemosus* panicula erecta, spiculis oblongo-ovatis subcompressis nudis, flosculis imbri-

bricatis, corollarum gluma exteriori apice indivisa, aristis rectis glumam aequantibus, foliis obsolete pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 436. *Pers.* syn. pl. I. p. 95. *Schrad.* Fl. germ. I. p. 352.)

Bromus pratensis. Koeler. descr. gram. p. 239. *Bienn. Flor. Majo-Julio.*

Hab. in agris, in pratis, ad vias. (Frequens ad pedes montis *Schwabenberg*).

Affinis *Bromo molli*, a quo differt: *culmis* gracilioribus glabriusculis, *foliis vaginisque* minus pubescentibus, *panicula* rariore: *pedunculis* indivisis scabris, *spiculis* scabris nitidis, et flosculi *glumis exterioribus* apice integerrimis.

Variat *culmis* scabris et numero *flosculorum* a 4 ad 10.

Elymus europaeus. (*Flor. wirceb. I. p.* 149.)

Frequens etiam in montibus *Kreutzberg* et *Auersberg*.

Variat: *foliis* nudis et *flosculis* masculis.

TRIGYNIA.

Montia fontana. (*Flor. wirceb. I. p.* 153.)

Abundat quoque in humidis circa *Grossenlangheim* et ad scaturigines *montium rhoenanorum*.

Variat *statura* minori.

TE-

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Dipsacus laciniatus* foliis connatis sinuatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 544. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 68. *Jacq.* Fl. austr. t. 403.)

Bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in graminosis humidis. (In *fossa oppidana* versus *dem Pleichacher Thore* plantas plures observavi).

Caulis 3-4-pedalis, erectus, ramosus, angulatus, aculeatus. *Folia* opposita, connato-perfoliata, laciniato-pinnatifida, glabra, *subtus* pubescentia: *costa media* alba breviter aculeata. *Pedunculi* angulati, aculeati. *Capitula* ovata, obtusa, basi *foliolis* rigidis aculeatis involucrata. *Flores* albi. *Paleae receptaculi* lanceolatae, mucronatae, ciliatae, flores paulo superantes.

---

* *Scabiosa canescens* tomentoso-canescens, corollulis 5-fidis radiantibus, caule multifloro, foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis pinnatifidis pinnatisque.

(*Willd.* Enum. hort. b. p. 146. *Pers.* syn. pl. I. p. 120. *Waldst.* et *Kitaib.* plant. rar. Hung. I. p. 53. t. 53.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus, in arenosis. (In locis declimontis ad sinistra *moeni* littora versus *Sulzfeld* *Dr. Nees.* Reperitur etiam passim in arenosis

nosis prope *Grofsenlangheim*, et in arenosis versus *Himmelspforten* specimina aliquot nuperrime legit *dil. Fr. G. H.*)

Maxime affinis *Scabiosae columbariae*, quacum hucusque commutata esse videtur. Dignoscitur vero facillime: *amictu* cano-tomentoso, *foliis radicalibus* ovato-lanceolatis integerrimis, quae in ea evidenter crenata sunt, et *foliolis calycinis* brevioribus.

Flores violaceo-coerulei.

Variat subinde *caule* 3-4-et 1-floro.

Asperula tinctoria. (*Flor. wirceb. I. p.* 168.)

Etiam in aridis circa *Schweinfurt* passim obvia. *D. W.*

Corollae neutiquam semper 3-fidae.

---

* *Galium hyssopifolium* foliis quaternis inaequalibus lineari-lanceolatis 3-nerviis obtusis glabris.

(*Hoffm.* Fl. germ. I. p. 71.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (Rarum in pineto prope *Sickershaussen.*)

Affine *Galio boreali*, a quo: *foliis* in verticillo aequalibus duplo fere latioribus, *nervisque* 3 longitudinalibus, subtus setuloso-scabris, *panicula* diffusa et *fructibus* praecipue glabris, evidenter recedit.

Amicissim. D. Dr. Nees hanc speciem, quam in loco indicato primo detexit, per plures jam annos culturae subjectam constantissimam observavit.

Galium erectum. (*Fl. wirceb. I. p.* 173.)

Hab. quoque in nemorosis humidis pone *Michelfeld.*

Galium boreale. (*Ibid. p.* 177.)

Repe-

Reperitur etiam in *sylvula mainbernhemiensi* et in monte *st. crucis*.

Planta in cultis crescens *folia* multo angustiora ac *semina* minus hispida ostendit.

Plantago media. (*Fl. wirceb. I. p.* 179.)

Hujus singularis variatio *foliis omnibus* longe dentatis apud nos obvia. Plura saltem ejus specimina nuperrime *am Quellenbache* legit *dil. Fr. G. H.*

Centunculus minimus. (*Ibid.* p. 180.)

(*Sturm.* Deutschl. Flor. I. 30.)

Perfrequens est in pluribus regionibus, e. gr. circa *Abb. Heidenfeld*, *Schweinfurt*, *Kitzingen*, *Grossenlangheim*, in arenosis *Rhoenae*, e. gr. in agris arenosis infra *Waldberg*, alibique.

Calyx non raro 5-partitus.

TETRAGYNIA.

Potamogeton compressum. (*Ibid. p.* 191.)

Hab. quoque ad lacum parvum in via a *Sickershaussen* versus *Marktsteft* et prope *der dürren Brücke* ad *Sickershaussen. D. N.*

PEN-

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Lithospermum officinale. (*Flor. wirceb. I. p.* 218.)

Occurrit quoque in siccis prope *Schweinfurt. D. W.*

Variat *foliis* angustioribus et latioribus, nec non *statura* majori.

---

* *Pulmonaria mollis* foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis oblongo-lanceolatis pedunculisque molliter villosis.

Perenn. Flor. Martio-*Majo.*

Hab. in sylvis frondosis fere ubique.

Certissime species distincta, cujus cognitionem *cl. D. Wolffio schwinefurt.* debemus, quippe qui primo eam distinxit.

Planta aeque culta ac spontanea per plures jam annos observata mutationi nulli succubuit.

Inter *Pulmonariam officinalem* et *P. angustifoliam* medium omnino tenet. Hujus habet folia, illius flores.

Androsace septentrionalis. (*Ibid. p.* 226.)

Planta in provincia nostra minime rara, ad vulgatissimas potius pertinere videtur, et in regionibus quibusdam revera abundat.. Sic eam in arenosis prope *Erlach, Grossenlangheim, Sickershaussen* et alibi maxima copia crescentem observabis.

Primula farinosa. (*Ibib. p.* 229.)

In

In pratis udis prope *Abb. Heidenfeld* e. gr. circa *dem Altfeldhof* copiosissime provenit, sicuti etiam versus *Schweinfurt.*

Scapus a digitali altitudine ad pedalem fere accedit. *Folia* nonnunquam *subtus* obsolete farinosa.

Prim. farinosa ab Ill. Wahlenbergio (*Ejusd.* Flor. lappon. p. 60.) descripta est hujus varietas notatu dignissima, *statura* imprimis majori, *foliis* evidenter dentatis omnique ferè *farina* destitutis, *laciniis calycinis* eximie rugulosis *vel* nodulosis ad margines et intus praecipue pulvere leproso grosso obtectis, et *corollae tubo* calyce duplo longiore insignita.

POLEMONIUM.

Cal. 5-fidus. *Cor.* rotata 5-partita. *Stamina* squamis basin corollae claudentibus inserta. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* supera 3-locularis.

* *P. coeruleum* foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus.

(*Oeder.* Fl. dan. t. 255. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 38. *Sturm.* D. Flor. I. 27.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in sylvaticis montosis. (Plantae coeterum rarissimae plurima ante 2 annos in sylvaticis *montis st. crucis, in den Rheeden* non procul a via versus *Wildfleck* legi specimina.)

Caulis plantae spontaneae vix pedalis, erectus, glaberrimus, *superne* paniculatus. *Folia* alterna, impari-pinnata, multijuga: *foliolis* pedicellatis elliptico-lanceolatis integerrimis. *Corollae* speciosae, saepissime albae.

In loco natali vix unum alterumve reperi specimen *corollis coeruleis.*

Planta

Planta culta speciosior, hortorum solitum ornamentum, *floribus* plerumque gaudet coeruleis.

Campanula glomerata. (*Fl. wirceb. I. p* 240.)
Datur ejus *varietas* omnino glabra.

Campanula Cervicaria. (*Ibid. p.* 241.)
Habitat praeter loca indicata *im Kapuzinerholz* ad *Ochsenfurt* frequens. Passim etiam *in der Waldskugel*, in sylvaticis prope *Mainbernheim* et *Michelfeld* nan rarà.

Phyteuma orbiculare. (*Ibid. p.* 243.)
In sylvaticis prope *Gramschatz*, *Zell*, *Abb. Heidenfeld* et *Schweinfurt* sporadice provenit, copiose vero in prato sylvatico *des Ochsengrundes* prope pagum *Gramschatz*.

SAMOLUS.

Cal. 5-partitus, superus. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida. *Stamina* munita squamulis corollae. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

* *S. Valerandi* caulibus diffusis ramosis, foliis obtusis.

(*Oeder.* Flor. dan. t. 198. *Shhkuhr.* bot. Handb. t. 40.)

Ann. bienn.? Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Prope oppid. *Schweinfurt* lecta est a *cl. D. Wolff.*)

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, glaber, parum ramosus. *Folia* alterna, petiolata, obovata, obtusa, glaberrima: *superiora* sessilia. *Racemus* terminalis, erectus, multiflorus. *Bracteae* parvae, lanceolatae. *Corollae* minutae, albae.

---

* *Ver-*

* *Verbascum Blattaria* foliis nudis, radicalibus subsinuatis inaequaliter crenatis, caulinis subcordato-ovatis acuminatis dentatis apice integerrimis, racemo elongato, pedunculis solitariis alternis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 225.)

Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in argillosis, ad vias. (Specimina 3 prope *Theres* lecta mihi communicavit *D. Koerte.*)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, parum ramosus, subangulatus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, glabra, nitida, duplicato-serrata, ovato-lanceolata *aut* oblonga: *radicalia* in petiolum brevem decurrentia. *Racemus* terminalis, elongatus, laxus. *Flores* pedunculati, solitarii, majusculi, aurei. *Filamenta* villis purpureis obsessa. *Stylus* glandulosus.

Variat *floribus albis.*

---

* *Ribes petraeum* inerme, racemis pilosiusculis erectis, floribus planiusculis: petalis obtusis.

(*Jacq.* ic. rar. V. 1. t. 49. *Schmidt.* oester. allgem. Baumz. t. 94. *Guimpèl.* Abbild. deutsch. Holzart. t. 20.)

Frutex. Flor. Majo.

Hab. in montosis. (Ad pedes montis *st. crucis* versus *Bischofsheim*, ubi primo a *cl. D. Custer* detecta est.)

Fruticulus 2-4-pedalis, erectus. *Folia* sub-3-loba: *lobis* acuminatis inciso-dentatis. *Racemi* pilosiusculi, multiflori: *floriferi* erecti, *fructiferi* penduli. *Flores* rubri. *Bracteae* floribus breviores.

* *Ribes alpinum* inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis.

(*Jacq.*

(*Jacq.* Fl. austr. t. 47. *Oeder.* Fl. dan. t. 968. *Schmidt.* oester. allgem. Baumz. t. 96. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart. IV. t. 21.)

Frutex. Flor. Aprili, Majo.

Hab. in saxosis, in sylvaticis. (Perfrequens in *monte st. crucis* in saxosis *am Johannisfeuer*, in den *Reeden* ibidem, inque aliis *montibus rhoenanis.*)

Simile *Ribi rubro*, a quo differt: *foliis* minoribus 3-lobis denticulatis *subtus* praecipue lucidis, *racemis* semper erectis ovatis obtusis, *floribus* utplurimum dioicis, *bracteis* lanceolatis pedicello longioribus et *baccis* denique minoribus pulposis dulcescentibus fatuis.

---

* *Thesium ramosum* caule erecto ramoso, racemis foliatis elongatis, floribus sessilibus bracteis minoribus obvallatis.

(*Hayne* in Schrad. Journ. I. 1800. p. 30. t. VII. (*Marsch. a Bieberstein.* Fl. taur. caucas. I. p. 175.)

Th. alpinum Pollich. Fl. palat. n. 240. *Gmel.* Fl. bad. I. p. 551.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis, in collibus siccis, (Prope *Grossenlangheim, Kitzingen, Sickershaussen* et *Erlach* haud rarum.)

Differt a *Thesio Linophyllo* affini: *caule* basi ramoso, *foliis* minoribus acutis, *racemis* elongatis; *inferioribus* altioribus, *pedunculis* racemorum aequalibus, nec sursum decrescentibus, *floribus* sessilibus, *laciniis calycinis* integerrimis, nec supra basin 2-dentatis et *nuce* oblonga.

Viola persicifolia. (*Flor. wirceb. I. p.* 296.)

In salicetis praeterea subhumidis ad littora *moeni* prope *Albertshofen*, in sylvula *Erlach* apud *Grossenlangheim*, alibique non rara.

Viola mirabilis. (*Ibid. p.* 267.)

Im *Käferhölzchen* versus *Kitzingen* hoc anno pluries quoque eam legit *dil. Fr. G. H.*

DIGYNIA.

* *Atriplex erecta* caule herbaceo erecto, foliis ovato-lanceolatis: inferioribus sinuatis, calycibus seminum undique muricatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 965. *Smith.* Fl. brit. III. p. 1093.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in inundatis. (In inundatis ad pedem montis prope *Hohfeld* lecta est ab *Ill. D. Nees.*)

Caulis erectus, firmus, ramosus. *Folia* petiolata, subpulverulenta, ovato-lanceolata, acuta: *superiora* fere integerrima, *inferiora* sinuato-dentata. *Racemi* terminales, compositi, multiflori, subaphylli.

Distinctissima species, *fructu* parvo, maxime muricato, copiosissimo, facile recognoscenda. *Smith* l. c.

* *Atriplex laciniata* caule herbaceo erecto, foliis deltoidibus dentatis subtus albidis.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 293. *Smith.* Fl. brit. III. p. 1090.)

Ann. Flor. *Julio*, *Augusto.*

Hab. ad vias. (Legitur rarius *an der Chaussee* apud *Estenfeld* et *Werneck*. Etiam prope pagum *Giebelstadt* passim occurrit.)

Cau-

Caulis sesqui-*aut* 2-pedalis, erectus, teres, virgatus. *Folia* alterna, petiolata, deltoideo-rhombea, dentata, *subtus* praecipue argenteo-pulverulenta *aut* laminulis quasi argentata. *Flores hermaphroditi* in spicas densas terminales conglomerati, *foeminei* axillares pedicellati plerumque gemini.

Tota planta tecta quasi epidermide secedente. *L.*

Gentiana Pneumonanthe. (*Flor. wirceb. I. p.* 282.)

Reperitur quoque circa *Schweinfurt. D. W.*

Gentiana cruciata. (*Ibid. p.* 285.)

In omnibus fere sylvis et nemoribus nostris vulgo obvia.

* *Gentiana verna* corolla 5-fida infundibiliformi, foliis ovatis acutiusculis: radicalibus patentibus majoribus.

(*Froelich.* de Gent. Diss. p. 65.)

G. bavarica. Jacq. obs. 3. t. 41.

Perenn. Flor. primo vere.

Hab. in montosis, in pratis. (Rarius observatur prope *Schweinfurt. D. W.* Copiose provenit in prato apud *Erlach. D. N.*)

Caulis 2-4-uncialis, erectus, filiformis, angulatus, simplicissimus, glaber. *Folia* ovato-lanceolata, acutiuscula, glabra, rigidiuscula: *radicalia* in terram incumbentia in rosulam congesta, *caulina* opposita minora. *Flos* terminalis, saturate coeruleus. *Corollae laciniae* ovatae, obtusae, crenatae *aut* integrae.

UMBELLATAE.

Astrantia major. (*Fl. wirceb. I. p.* 288.)
Crescit copiosissime in *sylva gramschatziensi*, praesertim utrinque juxta viam versus pagum *Gramschatz*.

Selinum palustre. (*Ibid. p.* 297.)
Copiosum in paludosis *foresti grofsenlanghemiensis*.

* *Selinum sylvestre* caule laevi, radice fusiformi multiplici.
(*Oeder.* Flor. dan. t. 412.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis sylvaticis. (In paludosis sylvaticis circa *Grofsenlangheim* passim reperitur.)

Planta sublactescens. *Caules* numerosi, laeves, glabri, teretes, *inferne* ramosi. *Folia* glabra, tripinnata: *pinnulis* incisis, *lacinulis* ovatis obtusiusculis. *Umbellae* terminales, multifidae: *umbellulis* multifloris remotis. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* margine membranaceis. *Involucellum* consimile: *foliolis* acutioribus. *Petala* explicata. *Styli* post anthesin recti.

Athamanta Libanotis. (*Ibid. p.* 301.)
Provenit passim circa oppidum *Schweinfurt*. *D. W.*

Peucedanum officinale. (*Ibid. p.* 302.)
Perfrequens *auf dem Frohnberge* supra *Mühlbach*, in collibus sylvaticis *im Erlacher Grunde*, circa *Gerbrunn*, *Schweinfurt*, et alibi.

* *Peucedanum alsaticum* foliis supradecompositis planis, pinnulis ovatis incisis nervosis: laciniis lanceolatis divergentibus.

(*Jacq.*

(*Jacq.* Fl. austr. t. 70. *Marsch. a Bieberst.* Fl. taur. caucas. I. p. 216.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in asperis, in graminosis. (In asperis prope *Randesacker*, in loco praecipiti montoso supra *Hohfeld*, in salicetis versus *Moenum* prope *Albertshofen* et in pratis apud *Mainstockheim.*)

Caulis 2-4-pedalis et altior, erectus, glaber, ramosus, obsolete angulatus. *Folia radicalia* ampla, multiplicato-pinnata, *caulina inferiora* tripinnata, *superiora* sensim minora 2-3-pinnata. *Foliola* lanceolata, acuta, plana, nervosa, glabra, 2-3-4-fida: *terminale* sub-3-lobum. *Umbellae* terminales, mediocres, planiusculae. *Involucra* polyphylla: *foliolis* 2-3-6-8 angustis brevibus linearibus. *Flosculi* parvi, lutescentes, *omnes* fertiles.

Laserpitium latifolium. (*Fl. wirceb. I. p.* 304.) Copiosum in sylvis ad *Gramschatz, Veitshoechheim* et *Stetten.*

* *Laserpitium pruthenicum* hirtum, foliolis lanceolatis integerrimis: extimis coalitis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 153.)

Perenn. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in nemorosis, in sylvaticis. (In *foresto grossenlanghemiensi* non adeo rarum. Reperitur quoque in sylva versus *Kist*, in sylvaticis prope *Waldbrunn* et *Eisingen.*)

Caulis 4-6-pedalis, erectus, angulosus, ramosus, *pilis albis* hirtus. *Folia* supra glabra, subtus margine et versus costam hirta, 2-pinnata: *foliolis* pin-

pinnatifidis cuneiformi-lanceolatis, *laciniis* ovatis acutis. *Umbellae* terminales, multifidae; *radiis* hispidis, *involucris* et *corollis* albis. *Involucra* polyphylla.

---

* *Heracleum flavescens* foliis pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis acuminatis dentatis margine scabris, floribus radiatis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 311.)

H. angustifolium. Jacq. Fl. austr. t. 173.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In *sylvula hohemiensi* rarissima haec apud nos planta primo detecta est ab *Ill. D. Nees.* Occurrit etiam in sylvula *Struth* prope *Marktbreit*, et perraro *im Kaeferholz.*)

Caulis 3-4-pedalis et altior, erectus, parum ramosus, angulato-sulcatus, fistulosus, *inferne* praecipue *pilis albis* hispidus, *superne* glabriusculus. *Folia* alterna, pinnata: *foliolis* pedicellatis plerumque quinis ovato-oblongis pinnatifidis *aut* laciniato-sinuatis dentatis acuminatis mucronatis margine praecipue scabris. *Petioli* longi, *vaginas praemagnas* inferne formantes. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, multiradiatae *Umbellulae* multiflorae: *floribus* radiatis flavo-viridibus.

---

* *Sium repens* caule repente, foliis pinnatis: foliolis oppositis sessilibus subrotundis inaequaliter angulato-dentato-serratis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 260. *Gmel.* Fl. bad. I. p. 671. t. 5.)

Perenn. Flor. Junio-Octobri.

Hab. in humidis, in paludosis. (Planta olim ad lacum parvum in agro pascuo kitzingensi versus *Hohheim* valde copiosa. Crescit nunc rarius in humidis prope *Grofsenlangheim.* Copiose vero ad lacum ante portam suburbii kitzingensis *Etwashaufsen,* et in arenosis humidis prope sylvulam *Erlach.*)

Caules prostrati, repentes, radicantes, teretes, striati, glabri. *Folia* petiolata, glabra, impari-pinnata: *foliolis* subrotundis *aut* cuneatis venosis varie lobatis, *impari* 3-lobo. *Pedunculi* radicati, erecti, oppositifolii. *Umbellae* parvae. *Umbellulae* divaricatae, multiradiatae. *Involucrum* breve, reflexum. *Involucella* patentia, longitudine flosculorum. *Corollulae* aequales, albae, nonnunquam intus rubellae.

Cicuta virosa. (*Flor. wirceb. I. p.* 312.)
Abundat in paludosis *sylvae waldbrunnensis.*

Coriandrum sativum. (*Ibid. p.* 313.)
In agris prope *Wasserlos* magna copia sponte provenit.

Seseli annuum. (*Ibid. p.* 322.)
Passim occurrit in monte *Schwabenberg* inque *foresto kitzingensi* versus *Grofsenlangheim.* Copiose autem ad margines *ejusdem foresti* ad viam ab oppidulo *Kitzingen* versus *Schwarzach.* Hinc inde etiam im *Käferhölzchen* versus *Rottendorf.*

Anethum graveolens. (*Ibid. p.* 324.)
In agris ad *sylvulam mainbernhemiensem,* inque vi[illegible] spontanea.

Pimpinella magna. (*Flor. wirceb. I. p.* 328.)
Planta in nemoribus plerisque magna copia crescens.

TRIGYNIA.

* *Alsine viscosa* caule paniculato foliisque pubescentibus, petalis calyce brevioribus.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 330. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 149.)

Arenaria tenuifolia. Flor. dan. t. 389.

Ann. Flor. primo vere.

Hab. in collibus, in agris. (In collinis, inque agris versus *Triefenstein*, *Lengfurth*, *Roſsbrunn* et alibi passim invenienda.)

Ab *Alsine media* differt: *caulibus* paniculatis pubescentibus, nec unifariam pilosis, *foliis* pube tenuissimo vestitis subviscosis et *floribus capsulisque* calyci pubescenti non aequalibus, sed eo brevioribus.

PENTAGYNIA.

* *Linum austriacum* calycibus obtusis, foliis linearibus acutis confertis rectis, caulibus erectiusculis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 418.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis, in montosis. (Perfrequens in sylvaticis circa *Groſsenlangheim*, et passim etiam prope *Schweinfurt.*)

Simillimum *Lino usitatissimo*, a quo differt: *caulibus* diffusis eretiusculis, *superne* ramosioribus;

ramis

ramis magis distantibus, *foliis* sparsis linearibus acutis remotioribus, *floribus* ante anthesin nutantibus majoribus speciosioribus, *petalis* integerrimis, *calycibusque* brevioribus: *foliolis* 2 *interioribus* apice rotundatis obtusissimis.

POLYGYNIA.

Myosurus minimus. (*Fl. wirceb. I. p.* 344.)

Nimium frequens in campis sterilibus ad *Erbshaussen*, in agris arenosis prope *Abb. Heidenfeld*, *Kitzingen* et alibi.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Allium descendens* scapo subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspidatis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 359.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab in vineis. (In vinea prope *Veitshöchheim* specimina aliquot legit *dil. Fr. G. H.*)

Radix bulbis pluribus albidis profundius quotannis in terram descendentibus composita. *Scapus* circiter pedalis, erectus, leviter sulcatus, glaberrimus, *basin* versus *foliis* paucis angustis linearibus glaberrimis semiteretibus fistulosis vestitus. *Umbella* terminalis

nalis, densa, multiflora: *pedunculis* inferne angustioribus, *exterioribus* interioribus evidenter brevioribus. *Petala* ovata, acuta, glabra, purpurea.

Allium angulosum. (*Fl. wirceb. I. p.* 358.)

Planta in *foresto kitzingensi*, circa *Grossenlangheim* et *Schweinfurt* saepius observanda.

Lilium Martagon. (*Ibid. p.* 361.)

Abundat in monte *st. crucis*, inque aliis regionibus sylvaticis.

Varietas *corollis* albidis in nemorosis prope *Abb. Heidenfeld* existit.

---

* *Scilla amoena* scapo angulato, pedunculis alternis flore brevioribus, bracteis obtusis brevissimis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 218. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 94.)

Perenn. Flor. Majo.

Hab. ad sepes, in pratis. (Lecta rarius prope *Kissingen.*)

Scapi e radice bulbosa 2-3-4, palmares, erecti, simplices, nudi. *Folia* canaliculata, lanceolata, obtusa, glaberrima. *Racemus* terminalis, valde laxus, pauciflorus. *Flores* alterni, laterales, nutantes: *pedunculis* brevissimis coloratis. *Bracteae* minimae, membranaceae. *Petala* obtusa, amoene coerulea, basi *lineis* 2 albidis notata.

[illegible] Liliago. (*Ibid. p.* 367.)

[illegible] infra *Albertshofen*, prope *Gros-* [illegible] dem *Karlsburger See*, inq[illegible] rarum.

Con-

Convallaria verticillata. (*Flor. wirceb.* I. p. 370.)

In omnibus *Rhoenae* sylvis frequens.

---

* *Juncus capitatus* culmo nudo filiformi, capitulo terminali sessili subsolitario involucrato.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 391. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 166. *Weig.* obs. p. 28. t. f. 5. *Sturm.* D. Flor. I. 13.)

J. gracilis. Roth. Fl. germ. I. p. 155. II. p. 402.

J. mutabilis. Cavanill. icon. 3. p. 49. t. 296. f. 2.

J. ericetorum. Pollich. Fl. palat. n. 350. *Gmel.* Fl. bad. II. p. 72.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis subudis. (In humidis ad viam a *Sickershaussen* versus *Marktsteft* et in fossis non procul a lacu apud *Mainbernheim* non raro obvius. Reperitur quoque circa *Grofsenlangheim.*)

Radix tenella, fibrillosa. *Culmi* plures, digitales *aut* palmares, erecti, nudi, filiformes: *juniores* subcompressi, *adultiores* semicylindrici canaliculati. *Folia* culmis omnino similia, sed triplo fere breviora. *Capitulum* terminale, densum, sessile. *Involucrum* 3-5-phyllum; *foliolis* inaequalibus acuminatis carinatis *margine* membranaceis, *supremo* longissimo, *primo* erecto, *dein* recurvo. *Capsulae* obsolete triquetrae, obtusissimae, bruneae.

* *Juncus Neesii* culmis foliosis erectis, foliis teretiusculis nodoso-articulatis, capitulis subglobosis, foliolis calycinis aequalibus oblongis obtusis apice membranaceis, capsula triquetra ovata ventricosa rostrata longitudine calycis.

Pe-

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in uliginosis. (Ad lacus circa *Abb. Heidenfeld*, in sylvula *Struth* prope *Marktbreit*, inque aquis et fossis passim.)

Radix crassitie digiti minimi, repens, fibris plurimis validis aucta, plures culmos seriatim proferens. *Culmi* semipedales, 1-2-pedales et altiores, erecti, stricti, basi vaginis fuscis nitidis obvoluti, semper bifolii. *Folia* teretiuscula, nodoso-articulata, laevia, secundo paniculam non superante. *Panicula* terminalis, densior et ratione plantae brevis, bifida: *ramis* validiusculis decompositis, *divisurae superioris* erecto-patentibus, *inferioris* autem plerisque recurvis. *Involucra* lanceolata, acuminata. *Capitula* subglobosa, 5-10-flora, bracteis membranaceis ovatis obtusis stipata. *Flores* pallidi. *Foliola calycina* oblonga, concava, obtusa, pallide ferruginea, *margine* lato albo-membranaceo ad apicem expanso ibidemque saepe incurvo cincta: *exteriora* interioribus paulo angustiora. *Capsula* brevis, triquetra, ventricosa, abiens in *rostellum* breve capsulam vix superans rectiusculum apice pallidum, deorsum vero, ut capsulae pars superior, fuscum. *Basis capsulae* virescens.

Species distinctissima, sed, quod prope fidem est, cum aliis hujus generis individuis hucusque permutata. Hanc *D. Wolffius Schweinefurt. praemature defunctus* jam prius observatam *Juncum divaricatum* adpellavit, quo sub nomine saltem plura ejus specimina herbarium defuncti relictum exhibuit. Sic et planta praedicta perscrutationes *ill. D. [illegible] sii Sickershussani*, viri de scientia herbaria et naturali optime meriti, non evasit, qui eam

dam *Junci congesti* nomine signatam nuperrime praeclare distinxit, descripsitque. Ejus itaque in honorem sit plantae nomen *Junc. Neesii.*

Similis *Junco* nostro *aquatico* (*Flor. wirceb. I. p.* 378 et 379.) atque *J. sylvatico.* Ab illo: *culmis* tenuioribus, *panicula* nunquam triplici et *capsulis* rostratis, ab hoc vero: *culmis* validioribus, *panicula*, ratione altitudinis plantae habita, breviori densiorique, nec tota divaricata, *bracteis calycibusque* obtusis, neque mucronatis, nec basi viridibus, *capsutis* brevioribus ventricosis et florum *colore* pallido praecipue differt.

Variat in fossis aquaticis *culmis* 3-4-pedalibus.

* *Juncus spadiceus* culmis foliosis, foliis teretibns subcompressis laevibus articulatis, capitulis globosis, foliolis calycinis lanceolatis acuminatis.

(*Schweigg.* et *Kört.* Fl. erl. p. 148.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Circa *Grofsenlangheim, Sickershaussen* et *Kitzingen.*)

Radix tenuis, repens. *Culmi* palmares et altiores, erecti, foliosi, teretes. *Folia* linearia, acuminata, glabra, subcompressa, articulato-nodosa, *basi* vaginantia. *Capitula* globosa, multiflora: *floribus exterioribus* retroflexis. *Capsula* spadicea in cuspidem transit longiusculam.

* *Juncus fusco-ater* culmis foliosis, foliis nodoso-articulatis strictis: superioribus subcompressis, capitulis subrotundis, foliolis calycinis obtusis, capsula triquetro-ovata obtusa mucronata calyce longiore.

([illegible] l. erl. p. 149.)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Reperitur cum praecedente iisdem in locis.)

Radix repens, plures culmorum et foliorum fasciculos sustinens. *Culmi* palmares, pedales et altiores, erecti, foliosi, *basi* subnodosi. *Folia* alterna, erecta, linearia, acuminata, teretiuscula, nodoso-articulata: *superiora* subcompressa. *Capitula* subrotunda, pauciflora. *Calycis foliola* obtusa, brunea, apicem versus fusco-atra, margine membranacea albida. *Capsula* nigra, nitens, mucrone brevi terminata.

Hanc et antecedentem speciem a *cl. Praes. d. Schreber* primo distinctas diutius adhuc observare opportet, erruendi gratia, an notas allegatas constanter retineant, speciesque inde peculiares constituant. Prima saltem ad *Juncum sylvaticum*, altera vero ad *J. aquaticum* accedit, a quibus forsitan loci natalis diversitate mutatae solummodo recedunt.

Juncus supinus. (*Fl wirceb. I. p.* 380.)

In paludosis turfosis *foresti kitzingensis* hinc inde non infrequens.

Peplis Portula. (*Ibid. p.* 386.)

Copiosa in via humida, quae ducit per *forestum groſsenlanghemiense.* In sylva etiam prope *Bremig*, inque agris infra *Waldberg* minime rara.

TRI-

TRIGYNIA.

* *Rumex maximus* floribus hermaphroditis valvulis subdeltoideis integris graniferis, foliis lanceolatis acutis integris.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 99.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in fossis, in humidis. (In fossis, inque humidis versus *Remlingen* et *Triefenstein. D. Wib.* In fossis ad *Mainstockheim*, *Grofsenlangheim* et alibi.)

Differt a *Rumice aquatico* affini: *foliis omnibus* lanceolatis: *radicalibus* maximis, *florum valvulis* ovato-deltoideis graniferis.

Inter *Rumicis* species indigenas haec maximis praedita est foliis.

Triglochin palustre. (*Fl. wirceb. I. p.* 396.) Frequens *am Quellenbache*, inque humentibus et paludosis prope *Grofsenlangheim* et alibi.

Triglochin maritimum. (*Ibid. l. c.*) Satis copiose provenit prope *salinas kissingenses*, et passim in monte *Bauersberg*.

SCHEUCHZERIA.

Cal. o. *Cor.* 6-partita. *Antherae* lineares. *Stigmata* sessilia. *Capsulae* 3, inflatae, distinctae, 1-spermae.

* *Sch. palustris* foliis alternis carnosis semiteretibus.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 396. *Oeder.* Flor. dan. t. 76. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 100.)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in uliginosis turfosis. (Passim *im rothen Moore*, copiosius *im schwarzen Moore.*)

Radix repens, articulata, fibrosa. *Culmi* digitales, palmares, erecti, teretes, glabri, geniculis plerumque 3 instructi. *Folia* alterna, semiteretia, carnosa, glabra, basi vaginantia: *media culmea* coeteris majora. *Ligula* obtusa, albida. *Panicula* terminalis, erecta, racemosa, laxa: *pedunculis* 4-5 alternis 1-floris patentibus. *Bracteae* ad quemvis pedunculum vaginantes. *Flores* bruneusculi. *Capsulae* subrotundae, ventricosae, totae liberae, angulo interiore dehiscentes, *semina* in fundo continentes.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Acer Pseudo-Platanus. (*Flor. wirceb.* I. *p.* 407.)

In sylvaticis *montis st. crucis* et in omnibus fere *sylvis rhoenanis* magna crescit copia.

Acer Platanoides. (*Ibid. p.* 408.)

Copiose cum praecedente iisdem in locis.

---

* *Vaccinium uliginosum* pedunculis 1-floris, foliis integerrimis obovatis obtusis laevibus.

(*Oeder.* Fl. dan. t. 231. *Sturm.* Deutschl. Flor. I. 12. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart VII. t. 42.)

Fru-

Frutex Flor. Majo, Junio.

Hab. in paludosis turfaceis. (In paludosis *des rothen* et *des schwarzen Moores* copiose provenit.)

Fruticulus 2-3-pedalis, erectus *aut* magis minusve decumbens: *ramis* alternis teretibus laevibus. *Folia* petiolata, alterna, obovata, obtusa, firma, laete viridia, *subtus* glaucescentia, integerrima glaberrimaque. *Flores* terminales, pedunculati, conferti, subnutantes, albidi *aut* dilute carnei. *Baccae* maturae magnae, subrotundae, coeruleae, acidulae, dulcescentes, *calyce* coronatae.

Variat *calycibus* et *corollis* 5-fidis, *staminibusque* 10.

Vaccinium Vitis idaea. (*Fl. wirceb. I. p.* 417.)

(*Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart. VIII. t. 43.)

Perfrequens prope *Kleinsachsen*, in monte *Heidenstein* et in plurimis *Rhoenae* sylvis.

Flores plerumque 10-andros observavi, uti etiam *florem* 5-fidum.

Vaccinium Oxycoccos. (*Ibid. p.* 418.)

(*Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart. VIII. t. 44.)

Abundat *im rothen Moore*, et passim etiam crescit *im schwarzen Moore.* Praeterea in multis aliis *Rhoenae* locis paludosis non raro observatur. Etiam in sylva ad *Groſsenlangheim* reperitur.

Stellera Passerina. (*Ibid. p.* 421.)

Copiosa in agris versus *Zell* dextrorsum juxta *moenum*, et alibi.

DIGYNIA.

Chrysosplenium alternifolium. (*Fl. wirceb.* p. 421.)

Frequens ad scaturigines et in humidis *montis st. crucis*, inque omnibus fere *sylvis rhoenanis*.

Chrysosplenium oppositifolium. (*Ib. p.* 422.)

Eadem, uti praecedens, provenit copia, et in iisdem locis.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

Dictamnus albus. (*Flor. wirceb. I. p.* 440.)

Varietatis *floribus albis* specimina aliquot infra *der Karlsburg* legit *dil Fr. G. H.*

Varietas haec praeter *flores albos* statura quoque humiliori et viscidate minori a planta vulgari recedit. Culta etiam faciem non mutat. An forsitan species distincta?

ANDROMEDA.

Cal. 5-partitus. *Cor.* ovata: *ore* 5-fido. *Caps.* 5-locularis: *valvulis* dissepimento contrariis.

* *A. polifolia* pedunculis terminalibus aggregatis, foliis revolutis subtus glaucis.

(*Linn.*

(*Linn.* Flor. lappon. p. 125. t. 1. f. 2. *Oeder.* Flor. dan. t. 54. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 118. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart X. t. 55.)

Fruticulus. Flor. Majo, Junio.

Hab. in turfosis uliginosis. (In *dem schwarzen Moore* satis frequens.)

Fruticulus humilis, palmaris, vix altior, *basi* repens, *dunc* erectus, teres, glaber, ramosus. *Folia* alterna, subpetiolata, sempervirentia, duriuscula, lanceolata, *margine* revoluta, *supra* laete viridia, *subtus* albida. *Flores* pedunculati, fasciculati, nutantes, subglobosi, carnei.

Pyrola minor. (*Flor. wirceb. p.* 442.)

Abundat in monte *st. crucis*, inque extremis *Rhoenae* montibus. Etiam cum *Pyrola secunda* prope *dem Schenkenschlosse* non rara.

* *Pyrola umbellata* pedunculis subumbellatis.

(*Gmel.* Flor bad. II. t. 2.)

Fruticulus. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis. (Rarius *in der Tanne* prope *Sickershaussen.* Copiose vero in *sylva hohfeldensi*, ubi per plagam non mediocrem defluit. *D. N.*)

Caulis fruticulosus, palmaris et altior, erectiusculus, subdecumbens, ramosus. *Folia* verticillata, subopposita, breviter petiolata, cuneiformi - lanceolata, obtusa, plana, serrata, firma, nitentia. *Um-*

bella terminalis, simplicissima, pauciflora: *floribus* pedunculatis erectis ex albido rubicundis.

DIGYNIA.

Gypsophila muralis. (*Flor. wirceb. p.* 446.)

Ad marginem sylvae ab oppido *Kitzingen* versus *Großenlangheim*, uti etiam ad vias prope *Waldaschach* et in arenosis *Rhoenae* magna copia crescit.

In multis exemplaribus ad *Großenlangheim* repertis flores 4-andros observavi.

Saponaria officinalis. (*Ibid. p.* 447.)

Varietatem *floribus plenis* spotaneam *am Studertenbache* non procul *vom Schaecher* observavit *dil. Fr. G. H.*

TRIGYNIA.

* *Silene stricta* petalis emarginatis, calycibus glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 699. *Ejusd.* Enum. hort. b. b. p. 476.)

S. Linacola. Wib. in lit.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris. (In *principatu werthemiensi* inter *Linum usitatissimum* primo eam detexit *ven. am. def. Wibel*, nec non etiam intra fines nostros.)

Caulis bipalmaris et altior, erectus, strictus, multiflorus, teres, laevis, scabriusculus, dichotomus:

ra-

mis elon[illegible] *Folia* opposita, bina, nonnunquam tiam terna, sessilia, lanceolata, integerrima, subiscida, erecto - patentia: *superiora* et *ramea* anguiora ac acutiora. *Flores* breviter pedunculati, terinales, erecti. *Calyces* pedunculos unifloros adquantes, *aut* plerumque iis longiores, versus *basin* ılde attenuati, *medio* ventricosi, *ore* contracto acuinato, coeterum glaberrimi, nervosi, nervis promientibus laete viridibus, venisque viridibus reticulam notati. *Petala* emarginata, calyce parum lonora, alba *aut* rubella. *Capsulae* maturae inflatae, ratae, hinc inde sulcatae, aureae. *Semina* fusca.

Amicissim. Wibelius hanc propriam constiere speciem putavit, ideoque *Sil. Linacolam* m nuncupavit. Sed revera cum *S. stricta L.* una demque est planta, quod imprimis etiam *Ill. Praes.* : *Schreb.* sententia plane confirmatur.

Specimina in solo natali lecta a planta in horto otanico culta nullo modo recedunr.

Silene Armeria. (*Flor. wirceb. I. p.* 457.)

Non solum in pluribus *Rhoenae* regionibus satis equens est, sed etiam in campo supra *dem Hexenuche* sponte crescit.

Arenaria rubra. (*Ibid. p.* 462.)

Non procul a *Salinis kissingensibus* et in agris aresis circa *Grossenlangheim* satis frequens.

* *Arenaria marina* caulibus prostratis, foliis positis linearibus carnosis longitudine internodiom, calycibus capsula (matura) dimidio brevioribus.

(*Roth.*

(*Roth.* Fl. germ. I. p. 189. II. p. 482. *Willd.* Enum. hort. b. b. p. 480.)

A. rubra β marina. L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 722.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad salinas. (Circa *Salinas kissingenses* pluries eam legit *dil. Fr. G. H.*)

Ab antecedente differt: *caulibus* longioribus minus ramosis crassioribus glabris, *foliis* crassioribus semicylindricis linearibus carnosis longitudine *internodiorum* cum *pedunculis longioribus* et *calycibus* pubescenti-viscidis, *floribus* duplo majoribus, *calyce* majore, sed capsula dimidio breviore.

Certissime species peculiaris, et non *Aren. rubrae* varietas, a qua primo jam intuitu distinquitur. Culta etiam faciem non mutat.

PENTAGYNIA.

Sedum villosum. (*Flor. wirceb. p.* 467.)

In *sylva waldbergensi* versus *montem st. crucis*, et in aliis *Rhoenae* regionibus uliginosis copiosissime provenit.

---

* *Cerastium ovale* subviscoso-hirsutum, caule basi ramosissimo, foliis caulinis ovalibus majoribus, floribus glomeratis.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 521.)

Ann. Flor. *Majo-Julio.*

Hab. in agris. (In campis et ad margines agrorum prope G*roſsenlangheim* haud rarum.)

Cau-

Caules e radice fibrosa plures, spithamaei, basi rocumbentes, dein erecti, teretes, paniculato-dichoomi, multiflori, et ut *folia* ovata obtusa, hirsuti, iscidi. *Pedunculi* calycibus breviores ac minus visidi. *Petala* oblonga, emarginata, alba, calycem vix xcedentia. *Capsula* cylindrica, calyce duplo fere ongior.

Spergula pentandra. (*Flor. wirceb. p.* 477.)

Copiosa *in der sickershausser Tanne*, in arenosis rca *Grofsenlangheim*, et prope *den ungeheuern Seen* idem.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

Lythrum hyssopifolium. (*Flor. wirceb. I.* 483.)

Ad marginem sylvae ab oppido *Kitzingen* versus *rofsenlangheim* et in humidis ad viam, quae ducit r *forestum grofsenlanghemiense* maxima copia crescit. tiam prope *Schweinfurt* non rarum.

Variat *statura* majori et minori, *foliis* angustiobus látioribusque et *pedalis* 4.

TRI-

TRIGYNIA.

Euphorbia exigua. (*Flor. wirceb. I. p.* 487.)

Variat *caule* altiori basi ramosissimo, et *foliis* angustioribus acutis. (*E. acuta.*)

Crescit haec varietas prope *Grossenlangheim, Kitzingen, Abb. Heidenfeld* et alibi sporadice cum planta materna.

* *Euphorbia angulata* umbella 5 - fida: 2 - fida, involucellis ovatis, caule striato - angulato.

(*Jacq.* ic. pl. rar. t. 481.)

Peren. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad vias. (Ad viam vectariam versus den Schwabenberg detecta est ab *amicissim. D. Nees*).

Caulis palmaris, erectus, sulcatus. *Folia* alterna, lanceolata, obtusa, denticulata, *subtus* pilis sparsis praedita. *Involucella* rhombeo - ovata, denticulata. *Capsulae* glabrae, verrucosae.

Euphorbia verrucosa. (*Ibid. p.* 487.)

Haec in provincia nostra minime rara et ubique e. gr. circa *Wirceburgum*, alibique non parva copia crescit.

Capsulis maturis verrucosis facillime dignoscitur, quae antea laeves sunt, et ita facile decipiunt.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Philadelphus coronarius. (*Flor. wirceb. I. p.* 498.

Frutex omnino spontaneus. Non solum enim in hortis *aut* ad eorum sepes, sed et in incultis sterilibus sponte crescit, e. gr. in parte septentrionali *des Hexenbruches*, alibique.

PENTAGYNIA.

Mespilus Cotoneaster. (*Ibid. p.* 508.)

Praeter loca indicata etiam prope *Zell* et in sterilioribus *sylvae guttenbergicae* non raro provenit.

---

* *Pyrus Aria* foliis subrotundo-ovatis inciso-dentatis subtus albido-tomentosis, floribus corymbosis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 527. *Crantz.* Flor. austr. fasc. I. t. 2. f. 2. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart XIV. t. 79.)

Arbor. Flor. Majo, Junio.

Hab. in montosis, in sylvis. (In monte *st. crucis* et in plurimis regionibus *Rhoenae* montosis sylvaticis vulgo crescit. Copiose etiam pone *Karlstadt*, in sylvis *Gramschatz*, *Guttenberg*, et alibi.)

Arbor mediocris aut *frutex* ad arboris altitudinem accedens: *cortice* e bruneo albido. *Rami juniores* tomentosi. *Folia* alterna, petiolata, ovata, inciso-serata,

rata, plana, *supra* glabra viridia, *subtus* tomentoso-alba. *Corymbi* terminales, tomentosi, multiflori. *Petala* alba. *Pomum maturum* rubrum, parvum, farinosum, molle, dulcescens.

* *Pyrus intermedia* foliis ovato-lanceolatis inciso-lobatis dentatis subtus niveo-tomentosis, floribus corymbosis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. l. c.)

Arbor. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvis et ad earum margines. (In via versus *Gramschatz* dextrorsum non procul a *sylva gramschatziensi*, ad margines hinc inde raro ejusdem sylvae. Passim etiam occurrit in montibus *st. crucis* et *Milzeburg am steinernen Hausse.*)

Arbor praecedente altior atque fortior, *cortice* badio obducta. *Rami* alterni: *cortice* fusco maculis majusculis albidis adsperso. *Folia* majora atque firmiora, *supra* viridia splendentia, *subtus* tomento niveo versus autumnum evanescente vestita, ovato-lanceolata, incisa, dentata, lobata: *lobis* acuminatis. *Corymbi* prioris, sed non tam multiflori. *Fructus* minores, maturitate rubri.

Spiraea Aruncus. ((*Flor. wirceb. p.* 512.)

In caeduis *sylvae zellensis* versus viam non raro. Copiose in sylva prope *Massenbach. D. G.*

Planta mascula *panicula* gaudet speciosiori, *floribusque* majoribus. In foeminea planta *panicula* minor et *flores* duplo minores.

Spi-

Spiraea Filipendula. (*Fl. wirceb. p.* 512.)
Non rara in pratis *am Schwabenberg.*
Eximia in hortis existit varietas *floribus* plenis.

POLYGYNIA.

* ***Rosa gallica*** germinibus subglobosis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis, petalis flaccidis.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 406. *Herb. Blackw.* t. 82.)

Frutex Junio florens.

Hab. in hortis, ad eorum sepes, ad vineas. (Ad vineas circa *Sickershaussen* et ad marginem *sylvulae mainbernhemiensis.*)

Frutex 1-4-pedalis, erectus, ramosissimus, *inferne* aculeis rarioribus, *superne* plurimis ac dense congestis obsessus. *Foliola* ovata, serrata, subtus pallidiora. *Pedunculi* hispidi. *Flores* magni, plerumque purpurascentes.

Plurimae ejus in hortis *varietates* existunt.

* ***Rosa mollissima*** germinibus subglobosis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis, foliolis utrinque villoso-sericeis mollissimis.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 409.)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sepibus. (Ad sepes prope *Lengfurth* et *Triefenstein* passim inventa a *celeberr. Wibel.*)

Frutex 4-6-pedalis: *aculeis* sparsis rectis. *Foliola* 5 aut 7, ovali-oblonga, acute duplicato-serrata, utrin-

utrinque mollissime villoso-sericea. *Petala* obcordata, pallide rosea. *Fructus maturus* glaber, splendens, phoeniceo-purpurascens.

Cum *Rosa villosa* (*Flor. wirceb. I. p.* 517.) plerumque confunditur.

* *Rosa agrestis* germinibus subglobosis pedunculisque hispidulis, foliolis rotundis obtusis aequaliter dentatis subtus venosis albide tomentosis, caule aculeolis raris rectis, floribus solitariis.

(*Gmel.* Fl. bad. p. 416.)

Fruticulus Junio et Julio florens.

Hab. ad vias, in agris. (Inter *Lengfurth* et *Heidenfeld* non procul a via, quae ducit juxta montem, ad marginem sylvae et in agris vicinis plura legi anno praeterlapso specimina.)

Truncus pedalis *aut* sesquipedalis, erectus, parum ramosus, *inferne* praecipue cum *ramis* inermis, *superne* vero aculeolis raris obsessus. *Foliola* plerumque 5, *supra* glabra laete viridia, *subtus* dense albido-tomentosa. *Petala* obcordata, speciosa, nivea. *Fructus* maturitate fuscus.

* *Rosa corymbifera* germinibus subovatis glabris, floribus corymbosis, pedunculis glabris, petiolis subtomentosis aculeatis, foliolis utrinque pilosulis, caule aculeato.

(*Gmel.* Flor. bad. p. 424.)

Frutex. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in apricis saxosis. (In locis apricis *des Hexenbruches* pluries eam legit *dil Fr. G. H.*)

Fru-

Frutex 6 - 9 - pedalis, *aculeis* curvatis vestitus. *Foliola* 5 *aut* 7, ovalia, obtusa, utrinque saturate viridia, pilis minimis hirsuta. *Petioli* magis minusve tomentosi. *Flores* terminales, corymbosi. *Petala* lata, speciosa, colore fere amaranthino.

Flores ut plurimum semipleni.

---

* *Rubus tomentosus* foliis ternatis: foliolis obovatis acutis inaequaliter serratis utrinque tomentosis, lateralibus subincisis, caule, petiolis, pedunculisque aculeatis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 548. *Borkh.* in Roem. neu. botan. Magaz. St. I. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 237.)

R. argenteus. Gmel. Fl. bad. II. p. 434.

Frutex. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in asperis lapidosis, in montosis. (Inter ruinas arcis *Reichelsperg* et non procul ab iis passim crescit. Provenit etiam prope *Triefenstein*, *Kitzingen*, *Hofheim* et alibi.)

Frutex 2 - 4 - pedalis, erectiusculus, aculeis sparsis uncinatis obsessus. *Folia* alterna, petiolata, ternata: *foliolis* utrinque tomentosis mollibus. *Flores* terminales, paniculati. *Laciniae calycinae* reflexae, tomentosae. *Petala* obovata, alba, calyce duplo longiora. *Baccae maturae* nigrae, splendentes, parvae, succulentae, acidulae.

* *Rubus glandulosus* foliis ternatis, foliolis subrotundo - ovatis acuminatis mucronato - serratis, caule,

caule, petiolis, pedunculis calycibusque aculeatis et glanduloso-hispidis.

(*Willd.* Ennm. plant. hort. b. b. p. 548.)

Frutex Flor. Jun. Julio.

Hab. in siccis, ad vias. (Prope *Mainstockheim* et versus *Dürrbach* hinc inde.)

Frutex 4-5-pedalis, erectus *aut* subdecumbens. *Rami* angulati, aculeati, setosi, *juniores* densius setosi glandulis pedicellatis sparsis. *Folia* ternata. *Foliola* basi rotundata, inaequaliter argute serrata, glabra, subtus ad nervos pilosula, costa intermedia aculeolata: *lateralia* brevissima, *terminale* longius pedicellatum. *Petioli* aculeati, dense setosi, pilisque glanduliferis obsiti. *Flores* corymbosi, albi. *Calyces* setosi, glanduloso-hispidi. *Fructus* maturi nigri, succulenti, aciduli.

* *Rubus corylifolius* foliis subquinatis subtus pilosis, lateralibus sessilibus, aculeis rectiusculis, calycibus fructus inflexis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 550. *Smith.* Flor. brit. II. p. 542.)

Frutex Junio et Julio florens.

Hab. in humidiusculis, ad sepes. (Ad *moeni* littora infra *Triefenstein* passim. *Wib.* Copiosius in humidiusculis circa *Sickershaussen.*)

Frutex 5-6-pedalis: *caulibus* repentibus teretiusculis aculeatis rubris fragilibus. *Rami* sulcati aculeis uncinatis compressis dense obsessi. *Folia* quinata ternataque: *foliolis* subrotundo-ovatis acuminatis dupli-

duplicato serratis *supra* obscure viridibus glabris *aut* obsolete pilosis, *subtus* laete viridibus ad nervos pubescentibus. *Petioli* subpilosi, aculeati. *Flores* paniculati. *Calyces* villosi, patentes: *fructiferi* inflexi. *Petala* obovata, alba. *Fructus* atrorubens, succulentus, dulcescens, sapore pergrato.

Rubus saxatilis. (*Flor. wirceb. I. p.* 523.)

Abundat in sylvaticis *montis st. crucis*, inque aliis *Rhoenae* sylvis montanis. Non raro etiam in *sylva gramschatziensi* observatur.

Potentilla supina. (*Ibid. p.* 527.)

Ad plantas minime raras pertinet, provenit enim fere ubique, e. gr. ante portam *Pleichach*, in via versus *Randesacker*, inque multis adhuc aliis locis non raro.

* *Potentilla rupestris* foliis lyrato-pinnatis septenatis quinatis ternatisque, foliolis ovatis serratis pilosis, caule ercto.

(*Jacq.* Flor. austr. t, 114.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. (In monte *Schwabenberg* versus *Iphofen.*)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, teres, pubescens, *superne* ramosus ac rubellus. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* pinnata, *media* et *superiora* quinata, *ramea* ternata. *Stipulae* lanceolatae, denticulatae. *Flores* terminales, pedunculati. *Petala* obovata, integra, plana, alba, *calycem* vix superantia.

* *Pa-*

* *Potentilla subacaulis* foliis ternatis quinatisque oblongis cuneatis dentatis utrinque tomentosis sericeo-incanis, scapis decumbentibus, petalis emarginatis.

(*Hoffm.* Fl. germ. ed. 1800. I. p. 234. *Jacq.* ic. pl. rar. t. 491.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in aridis, in sterilibus. (In campo sterili versus *Veitshoechheim* sinistrorsum versus *moenum* passim. Crescit etiam in sterilibus aridis prope *Randesacker*, *Theilheim* et *Thüngen.*)

Caules digitales *aut* palmares, decumbentes, teretes, pubescentes, simplices, aphylli. *Folia* pleraque ternata, quinata: *foliolis* oblongis cuneatis subcoriaceis dentatis utrinque tomento sericeo albido dense vestita. *Stipulae* lato-ovatae, pilosae. *Petala* plana, emarginata, flava.

Similis *Potentillae incanae*, (*G. M. Sch.* Fl. der Wetter. II. p. 248.) sed *folia* nusquam obovata.

Potentilla opaca. (*Fl. wirceb. I. p.* 530.)
In locis sterilibus apricis ubique fere provenit.

* *Potentilla aurea* foliis radicalibus quinatis obovatis serratis pilosis, caulinis ternatis, caule declinato.

(*Hoffm.* Fl. germ. I. p. 235. *Sturm.* Deutschl. Flor. I. 17.)

Perenn. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in montosis. (In *monte st. crucis* reperta est a *D. D. Schneider fuldens.*)

Ros

Potentillae vernae non absimilis, a qua vero cillime distinquitur: *caulibus* adscendentibus, *folio-* cuneiformibus apice tantum dentibus 3-4 instructis *pilis* ad eorum margines et costam mediam arcte pressis nitidis sericeis.

Petala obcordata, e luteo aurantiaca, calyce ajora.

Potentilla alba. (*Flor. wirceb. p.* 531.)

In sylvaticis versus *Eivelstädt* satis frequens, nec n etiam circa *Schweinfurt. D. W.*)

Tempestate favente sero autumno altera vice epe floret.

---

* *Geum montanum* caule 1-floro, aristis rec- villosis, foliis pinnatis pilosis, foliolo extimo maxi- o subrotundo, inferioribus sensim minoribus.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 558, *Jacq.* Fl. istr. t. 373. *Sturm.* D. Flor. I. 14.)

erenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in montosis. (In montosis non procul pago *Simmerichhaufsen* passim inveniendum.)

Caulis digitalis et altior, erectus, simplex, teres, rsutus. *Foliola* sessilia, subopposita, subrotunda, iciso-crenata, utrinque hirsuta. *Stipulae* ovato- ubrotundae, integrae, hirsutae. *Flos* terminalis, olitarius, speciosus. *Petala* subrotunda, obtusa, pa- rum emarginata, patentia, lutea, calyce longiora.

Comarum palustre. (*Flor. wirceb. p.* 535.)

In uliginosis *Rhoenae* fere ubique. Copiosissime in *sylva waldbrunnensi* sociatim cum ***Cicuta virosa.***

POLYANDRIA.

POLYGYNIA.

Hepatica nobilis. (*Flor. wirceb. I. p.* 558.)

Frequens in *sylvula mainbernhemiensi.* Copiosissime prope introitum sylvae ad montem ***Schwabenberg.***

---

* *Adonis vernalis* petalis lanceolatis ad apicem denticulatis duodenis sexdenis, fructu ovato.

(*Schkuhr.* bot. Handb. t. 152. *Herb. Blackw.* t. 504.)

Perenn. Flor. Aprili, Majo.

Hab. in collinis apricis. (In apricis sterilibus in vicinia pagi *Rimpar* dextrorsum versus viam plublicam raro. Passim etiam prope *Schweinfurt. D. W.*)

Caules plures, palmares, erecti, parum ramosi, teretes, glabri, striati. *Folia* alterna, multifida: *foliolis* angustissimis lineari-setaceis glabris laete viridibus. *Pedunculus* terminalis, brevis, solitarius, uniflorus. *Phylla* 5 concava, ovalia, obtusa, villosa, striata, corolla multo breviora. *Petala* plerumque 12, lanceolata, lineata, patentissima, sulphurea.

Egregium hortorum ornamentum.

Ra

Ranunculus Linqua. (*Flor. wirccb. p.* 571.)

Ad fossas in prato humido sylvatico *foresti kitzingensis* copiose.

* *Ranunculus hirsutus* foliis ternatis, superioribus trifidis linearibus, caule erecto multifloro hirsuto, calycibus acuminatis demum retroflexis, radice fibrosa.

(*Spreng.* Flor. hal. p. 160.)

R. Philonotis. Ehrh. Beitr. B. 2. p. 145.

Ann. Flor. aestate.

Hab. in agris, in pratis. (Passim in agris prope *Sickershaussen.*)

Caulis pedalis et altior, erectus, hirsutus, ramosus. *Folia* pallide viridia, hirsuta, *radicalia* petiolata profunde 3-loba: *lobis* inciso-serratis, *caulina* subsessilia vagina membranacea ciliata. *Flores* terminales: *pedunculis* erectis 1-floris sulcatis hirsutis. *Calyces* acuminati, hispidi, demum retroflexi. *Petala* splendentia, lutea, versus basin pallidiora. *Fructus* globosus, *seminibus* compressis acuminatis.

Omnes plantae partes, et imprimis *germina* acerrima, urentia.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* *Mentha crispa* spicis capitatis interruptis, foliis ovatis cordatis cuspidato-serratis undulatis subsessilibus glabriusculis, calycibus basi glabris.

(*Willd.* Enum. h. b. b. p. 610. *Pers.* syn. pl. II. p. 119.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in humidis, ad vias. (Ad vias inter hortos et pone castellum *Marienburg* versus *Hoechberg.* In Insula *Moeni* prope *dem Siechhaufse.*)

Caules 1-2-pedales, erecti, tetragoni, pilosi, subramosi. *Folia* opposita, brevissime petiolata, ovato-*aut* cordato-subrotunda, inciso-dentata, undulata, rugosa, crispata, glabriuscula. *Flores* pallide rubelli in spicas densas capitatas remotas congesti. *Bracteae* lanceolatae: *inferiores* laciniatae. *Calyces* hirsuti, *basi* glabri. *Stamina* longitudine corollae.

Herba aromatica, fragrans.

* *Mentha riparia* spicis capitatis, foliis ovato-oblongis serratis petiolatis glabriusculis, pedicellis retrorsum hispidis, calycibus striatis pubescentibus, staminibus corolla brevioribus.

(*Schreb.* in Flor. erlang. ed. *Schweigg.* et *Kört.* II. p. 6.)

Pe-

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis. (In nemorosis humidis circa *Großenlangheim* passim.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, pilosus, *superne* ramosus. *Folia* opposita, petiolata, margine et ad nervos subtus pilosiuscula, coeterum glabra, crenata, obtusa: *summa* acuta. *Spicae* capitatae, multiflorae *Corollae* et *calyces* uti in *M. aquatica.* (*Flor. wirceb. II. p.* 23.) *Stamina* corolla constanter breviora.

* *Mentha Numularia* floribus verticillatis, foliis infimis subrotundis subintegerrimis minoribus, superioribus ovato-lanceolatis serratis glabriusculis, staminibus corolla longioribus.

(*Schreb.* in Flor. erl. ed. *Schw.* et *Mört.* II. p. 7.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis. (Ad fossas et in humidis *sylvulae mainbernhemiensis.*)

Caulis pedalis et altior, *basi* decumbens, *dunc* erectus, pilosulus, magis minusve ramosus. *Folia* opposita, breviter petiolata, glabra: *inferiora* subrotundo-ovata subintegerrima, *caulina media* latiora ovato-lanceolata a medio ad apicem aequaliter obtuse nec profunde serrata, *superiora* sensim minora. *Petioli* villosiusculi. *Verticilli* multiflori, densi, petiolis non longiores. *Pedicelli* glabri. *Bracteae* lanceolatae, acuminatae, hirsutae. *Calyces* hirsuti. *Corollae* majusculae, glabrae, violaceae. *Stamina* corolla duplo longiora.

Planta nostra cum alia, quam *Ill. Gmelinus* (Flor. bad. II. p. 604.) sub *Mentha badensi* optime descr.

describit, ita convenit, ut, unam eandemque cum hac esse non amplius dubitem.

Plures praeterea adhuc aliae hujus generis plantae in regionibus nostris proveniunt, et quidem maxime dubiosae. Notis nimirum instructae sunt minus constantibus, aut ita inter se confluunt, ut minime facile explorare possis, an sint species revera distinctae aut varietates mutabiles. Hinc avide exspectamus *Ill. D. Nees ab Esenbeck*, plantarum acutissimi indagatoris, *Mentharum* monographiam, qua dubia profecto dissipabuntur.

Betonica officinalis. (*Flor. wirceb. II. p.* 35.)

Plantae hujus in provincia nostra vulgatissimae varietatem: *corollis niveis* in sylva kistensi invenire potes.

Thymus Serpyllum. (*Ibid. p.* 46.)

Varietas *corollis albis* in monte *Holzberg* prope *Bischofsheim* et in multis aliis *Rhoenae* regionibus persaepe occurrit.

Dracocephalum Ruyschyana. (*Ibid. p.* 48.)

Crescit quoque rara haec planta in *foresto grossenlanghemiensi.*

---

* *Prunella laciniata* foliis imis ovato-oblongis petiolatis, supremis 4 lanceolatis semipinnatis.

(*Jacq.* Flor. austr. t. 378.)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in apricis. (Prope *Schweinfurt. D. W.*)

Caules digitales, adscendentes, parum ramosi, pilis incanis instructi. *Folia* pilosa: *inferiora* ovata indivisa, *superiora* laciniata: *laciniis* linearibus. *Spica* terminalis, brevis. *Corollae* parvulae, pallide lutescentes.

Variat subinde *foliis omnibus* laciniatis.

Non confundenda cum varietate *Prun. grandiflorae* laciniata.

ANGIOSPERMIA.

Lathraea.

Cal. 4-fidus. *Glandula* ad basin germinis. *Caps.* 1-locularis receptaculo fungoso.

* *L. squamaria* caule simplicissimo, floribus pendulis.

(*Schkuhr.* bot. Handb. t. 170. *Oeder* Fl. dan. t. 136. *Herb. Blackw.* t. 430.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in nemorosis umbrosis ad arborum radices. (Hinc inde in media sylva montis *Schwabenberg.*)

Radix ramosa, albida, carnosa: *squamis* imbricatis. *Scapi* digitales et altiores, erecti, simplices, teretes, car-

carnosi, fusco-rubelli *aut* albidi, aphylli. ***Flores*** pedunculati nutantes, in *spicam secundam* congesti. *Corollae* succulentae, dilute purpurascentes: ***labio superiori*** 2-fido, *inferiori* albido 3-fido.

Pedicularis sylvatica. (*Flor. wirceb. p.* 61.)

Frequens ad lacum in monte *Schwabenberg* et in udis prope *Karlstadt*.

Variat *corollis totis* albis.

---

* *Linaria spuria* foliis ovato-subrotundis alternis, caule procumbente.

(*Oeder*. Flor. dan. t. 913. *Antirrhin. spur.*)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in agris. (In agris versus *Zell* ad littora *moeni* dextra, prope *Hoechberg*, et in agris juxta *sylvulam mainbernhemiensem*, alibique non rara.)

Caules palmares et longiores, procumbentes, teretes, pilosi, ramosi. *Folia* petiolata, alterna, ovato-subrotunda, integra, utrinque pilosa. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, foliis longiores. *Corollae* parvae, lutescentes: *galea* violacea et *calcari* acuto corolla breviore.

---

* *Antirrhinum Cymbalaria* foliis cordatis 5-lobis alternis glabris, caulibus procumbentibus.

(*Hoffm.* Flor. germ. II. p. 25.)

Ann.

Ann. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in agris, ad muros. (Ad muros ruinosos arcis *Reichelsperg* specimina pauca legi, et in agris ad viam versus *Mergentheim* eam invenit *dil. Fr. A. H.*)

Caules plures, pedales et longiores, prostrati, radicantes, saepius implexi, teretes, glabri, ramosi. *Folia* alterna, petiolata, cordata, 5 - loba, glabra, *subtus* saepe purpurascentia. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori. *Flores* violacei.

Variat *corollis* albis.

Digitalis purpurea. (*Flor. wirceb. II. p.* 70.)

Etiam infra *Karlstadt* spontaneam eam observavit *dil Fr. G. H.*)

* *Digitalis lutea* calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio superiori bifido.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 648. *Jacq.* Fl. austr. t. 105.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. (In monte *st. crucis* specimina aliquot detexit *D. D. Schneider.*)

Caulis 2 - pedalis et altior, erectus, strictus, angulosus, simplex, glaber. *Folia* alterna, sessilia, oblongo - lanceolata, dentata, ciliata, glabra. *Racemus* longus, multiflorus, secundus: *floribus* pedunculatis nutantibus luteis duplo minoribus, quam in praecedente.

Planta, uti prior, acris, venenata.

Oro-

Orobanche coerulea. (*Flor. wirceb. p.* 73.)

Plura in agro inter *Trifolium pratense* ad *Mainstockheim* collecta specimina accepit *Ill. D. Nees.* Crescit etiam, sed perraro, in *moeni insula inferiori* prope *dem Siechhausse.*

* *Orobanche caryophyllacea* caule simplici, calycis foliolis 2-partitis, corolla tubulosa, labii inferioris laciniis obtusis, limbo fimbriato-crispo, staminibus intus hirsutis, stylo glabriusculo.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 175.)

Perenn. Flor. Junio, Julio.

Hab. in sylvaticis siccis. (In arenosis sylvae ad *Sickershaussen*, quae dicitur *die Tanne*, nec non in sylvula inter *Sickershaussen* et *Marktsteft* satis frequens.)

Ab *Orob. majori* simili praecipue differt: *corollae* labii inferioris *laciniis tribus* obtusis et magis fimbriatis ac crispis, *germine* glabro, quod superne pubescens in *Or. majori*, *stylo* minus pubescente, *filamentis* basi intus valde villosis, quae glabra in *O. majori*, *stigmate* fusco *vel* purpureo, nec flavo ut in *O. majori.* (*Smith.*)

TE-

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

Subularia.

Silicula integra ovata: *valvulis* ovatis concavis, sepimento contrariis. *Stylus* silicula brevior.

* *S. aquatica* acaulis, foliis subulatis.

(*Sturm.* Deutschl. Flor. I. 9.)

m. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in inudatis. (In *insula* moeni versus *m Siechhausse*, et ad littora ejusdem fluminis infra *münden*, prope *Hassfurth* et alibi.)

Plantula semi- *aut* uncialis: *radice* fibrosa alba *foliis* subulatis glabris. *Flores* albi, exigui: *pedunculis* radicatis erectis nudis 2-3-floris folia superantibus.

Lunaria.

Silicula integra, elliptica, compresso-plana, pecellata: *valvis* dissepimento aequalibus parallelis lanis. *Calyx* foliolis saccatis.

* *L. rediviva* foliis mucronato-dentatis, silialis oblongis utrinque attenuatis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 674.)

Perenn. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvaticis. (In sylva *Kohl* prope *Oberelzbach* eam invenit *dil. Fr. G. H.* et in monte *Auersberg Ill. D. Custer.*)

Cau-

Caulis sesqui- *aut* 2-pedalis, erectus, ramos
Folia petiolata, alterna, cordata, acuminata, inci
dentata, utrinque scabra. *Flores* pedunculati, dil
violacei, odorati, in *racemos* terminales laxos aph
los dispositi.

Merito *Ill. Gmelin.* (*Flor. bad. II. p.* 48.) secu
dum vitae durationem hanc *L. perennem* et L. a
nuam *biennem* nuncupat.

SILIQUOSA.

Dentaria bulbifera. (*Flor. wirceb. II. p.* 9
In humidis *montis st. crucis*, et in omnibus fe
montibus sylvaticis *Rhoenae* sporadice crescit.

Cardamine impatiens. (*Ibid. p.* 97.)

In monte rhoenano *Milzeburg*, et in sylvatic
circa *Grossenlangheim* haud rara.

Variat *staminibus* 4.

---

* *Sisymbrium murale* subacaule, foliis lan
ceolatis sinuato-serratis laeviusculis, scapis subsca
ris adscendentibus.

(*Hoffm.* Flor. germ. II. p. 49.)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arenosis, in muris. (In lapidos
et arenosis *Insulae inferioris*, prope *Kitzingen*, et a
muros infimos *des oberen Kalmuts* frequens. *Wib.*)

Caulis a digitali altitudine ad palmarem et peda
lem nonnunquam accedens, erectus *aut* basin versu
de-

cumbens, teres, striatus, pilis raris adspersus, oscaber, supra basin ramosus atque foliosus. *Folia* petiolum longum decurrentia, lanceolata, obtusa, nnatifida *aut* sinuato-dentata, *segmentis* obtusis ingris *aut* dentatis, *supra* laete viridia glabra, *subtus* lis raris adspersa: *radicalia* cespidem formantia, *ulina* alterna. *Racemi* terminales, simplices, longi, xi: *floribus* alternis pedunculatis. *Calyx* erecto-itens, pilosiusculus, longitudine unqium petalom. *Petala* calyce duplo longiora, obtusa, citrina, *mum* albida. *Siliquae* patentes, glabrae, compresusculae.

Caules *primo* plerumque omnino decumbentes; *in* adscendentes. Hinc planta intuitu primo acaulis se videtur.

Inter *folia radicalia* etiam pauca aliquot latoata subdentata saepe reperiuntur.

Affine *Sisymbrio Erucastro*. (*Pollich.* palat. . 628.)

* *Sisymbrium brevicaule* caulibus diffusis, liis sinuato-runcinatis glabris, siliquis erectis obse tetragonis subcompressis linearibus.

(*Wib.* Fl. werth. p. 348.)

nn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arenosis. (In agris arenosis inter *Kitzingen* et *Sickershaussen*, nec non versus *Grossenangheim*, alibique copiose).

Caules aut potius *Scapi* plures, altitudine varii, :-2-digitales *aut* 2-lineares, diffusi, aphylli, pilis aris adspersi, coeterum glabri, subteretes. *Folia* in ces-

cespitem congesta, in petiolum decurrentia, sir runcinata, *segmentis* et *apicibus* obtusis integris carnosa, glabra, obscure viridia. *Racemi* longit caulium *aut* eos superantes, laxi, flexuosi. C glabri, subpatentes. *Petala* calyce sublongiora tegerrima, pallide lutea. *Siliquae* erecto-paten

Sine dubio haec et antecedens rectificatione dam adhuc indigent. Hanc saltem faciem pra specimina ab *amicissim. def. Wibelio* in natalibus collecta mihique communicata, quae nostris omnino conveniunt. Earum cultura nos informabit.

Sisymbrium strictissimum. (*Flor.* u *p.* 105.)

In aliis porro regionibus et quidem non ade crescit, e. gr. in sylva ad *Hasloch*, prope *Sch furt*, alibique.

Variat raro *foliis* subintegris.

---

* *Turritis stricta.*

Hanc quoque plantam in provincia nostra e dem prope *Schweinfurt* habitare, me certiorem *celeberr. D. Wolff.* Deficiente vero spont specimine, speciei differentiam aeque ac desc nem ommisi.

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

Polygala amara. (*Flor. wirceb. II. p.* 144.)

Variationem *floribus albis* in prato prope *Oberlkach* observavi.

DECANDRIA.

Ononis spinosa. (*Flor. wirceb. p.* 149.)

Variatio *floribus albis* circa *Hohfeld* obvia.

Lathyrus Aphaca. (*Ibid. p.* 156.)

Ad marginem agri prope montem *Schwabenberg*, ıque agris inter *Roedelsee* et dictum montem non leo rara.

Lathyrus palustris. (*Ibid. p.* 159.)

In nemorosis prope *Schweinfurt* passim occurrit. '. *W.*

* *Lathyrus latifolius* (*β angustifol.*) pedunılis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovali-obngis mucronulatis, internodiis membranaceis.

'eren. Flor. Junio, Julio.

Hab. in sylvis. (In *foresto grossenlanghemiensi*, ıque *sylva gramschatziensi* et alibi non infrequens.)

Planta nostra citata revera est *Lathyri latiolii* varietas *angustifolia*, quam *celeb. Rothius* (*Flor.*

(*Flor. germ. II. B. p.* 178.) optime describit. Ea transitum quasi peragit ad *Lathyro sylvestri* ad *L. latifolium.*

Caules 3-4-6-pedales, debiles, procumbentes aut cirrhis scandentes, glaberrimi, ramosi, *alis* 2 *foliaceis* oppositis praediti. *Foliola* bina, ovali-oblonga, obtusata, integra, glabra, *mucrone brevi* terminata. *Stipulae* lanceolato-lineares. *Pedunculi* alares, folio longiores: *floribus* 2-3-4-6 pedicellatis coeruleo-purpureis.

Flores nonnunquam pedunculati solitarii ex axillis supremis proveniunt.

Varietas *corollis albis* in *foresto* ad *Grossenlangheim* invenienda.

Vicia lathyroides. (*Flor. wirceb. p.* 165.)

Reperitur etiam *in der Tanne* prope *Sickershaussen. D. N.*

* *Vicia dumetorum* pedunculis multifloris, foliolis ovatis mucronulatis reflexis, stipulis lanceolatis reflexis.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 204. t. 7. *Sturm.* D. Flor. I. 31.)

Perenn. Flor. *Jun. Julio.*

Hab. in nemorosis. (In sylvula *Erlach* inter *Sickershaussen* et *Grossenlangheim.* In nemorosis *der Fundgrube* ibidem atque in sylva ad *Mainbernheim* passim.)

Simillima *Viciae pisiformi,* (*Flor. wirceb. II.* p. 160.) a qua differt: *caulibus* crassioribus et longioribus alato-membranaceis, *foliolis* 2 *infimis* non sessilibus

ous et cauli affixis, *stipulis* duplo majoribus nec non
cultis, et *floribus* purpurascentibus.

* *Vicia cassubica* pedunculis multifloris folio
evioribus, foliolis oblongis lineatis pubescentibus,
ipulis semi-sagittatis lanceolatis integerrimis.

(*Spreng.* Fl. hal. l. c. *Sturm.* D. Flor. I. 31.)

V. Gerardi Jacq. Fl. austr. t. 229.

erenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in sylvis. (Perfrequens in sylvaticis ad
rossenlangheim, e. gr. in der *Fundgrube.* In der
anne prope *Sickershaussen*, in sylvulis ad *Mainbern-
im* et *Michelfeld.*)

Caules plures, pedales, 2-pedales et altiores,
ecti, *basi* decumbentes, tetragoni, striati, ramo-
ssimi. *Folia* alterna, sessilia, cirrhosa: *foliolis* ovali-
oblongis obtusis integris villosiusculis, *superioribus*
ensim brevioribus ac angustioribus. *Stipulae* semisa-
ittatae, lanceolatae, integrae. *Pedunculi* axillares,
ecti, solitarii, folia plerumque adaequantes, multi-
ori. *Flores* secundi, penduli, subimbricati, vio-
cei. *Legumina* compressa, glabra.

* *Vicia villosa* pedunculis multifloris folio
ongioribus: floribus imbricatis, foliolis oblongo-ova-
s, stipulis semisagittatis ovatis basi obtuse dentatis.

(*Sturm* Deutschl. Flor. I. 31.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris. (In agris circa *Abb. Heidenfeld,
Bergtheim*, *Oberpleichfeld* et alibi hinc inde).

Primo intuitu facillime confunditur cum *Vicia
Cracca*, a qua differt: *radice* annua, *caulibus* debi-

 lio-

lioribus atque foliis, stipulis, pedunculis, cirr calycibusque villosissimis, *stipulis* triplo latiori nervosis utrinque dentatis, *foliolis* remotioril *floribus* majoribus purpureo-violaceis et *legumin* latioribus ac longioribus.

C o l u t e a.

Cal. 5-fidus. *Stylus* deorsum barbatus. *Le men* inflatum, basi superiore dehiscens.

* *C. arborescens* foliolis obovatis retusis, dunculis sub-6-floris, leguminibus apice clausis.

(*Schmidt.* oester. Baumz. t. 117.)

Frutex. Flor. Majo, Junio.

Hab. ad vias. (Circa *Wirceburgum* ad aml lacra quasi sponte. Praeterea per multos jam an prope *der Wasenmeisterei* spontanea.)

Frutex 5-8-pedalis, erectus, ramosus. F petiolata, alterna, impari-pinnata: *foliolis* obcord integris emarginatis. *Stipulae* membranaceae, lanc latae. *Racemi* laterales, nutantes, longitudine f foliorum: *floribus* 4-6-8 luteis. *Legumen* maximi vesicae adinstar inflatum, glaberrimum.

Coronilla coronata. (*Flor. wirceb. p.* 170

Planta in sylva ad *Veitshoechheim*, inque l apricis vicinis non rara.

Variat *umbellis* dimidiatis.

Astr

Astragalus Cicer. (*Flor. wirceb. p.* 175.)

Occurrit quoque *am obcren Bache* prope *der Au-ühle*, et passim in via versus hanc molam, alibique.

* *Astragalus hypoglottis* caulescens pro-mbens, foliolis oblongis obtusis pubescentibus, spi-s ovatis pedunculatis folio longioribus, leguminibus ectis ovatis canaliculatis pilosis apice aduncis.

A. arenarius. *Oed.* Fl. dan. t. 614.

A. danicus. *Roth* Fl. germ. I. p. 312. II. b. 193.

renn. *Flor. Majo, Junio.*

Hab. in collinis. (In vicinia oppidi *Schwein-rt* repertus ab *amicissim. D. Wolff.*)

Caulis digitalis, palmaris, decumbens, angula-s, subramosus. *Folia* alterna, petiolata, impari-nnata: *foliolis* parvis sessilibus ovatis *subtus* pilosis. *ipulae* oppositifoliae, obtusae. *Pedunculus* plerum-e unicus, foliis sublongior: *floribus* spicato-con-tis sessilibus coeruleis. *Calyx* cylindricus, hispi-s. *Legumen* ovatum, inflatum, breve, dorso cana-ulatum, pilosum, apice aduncum.

Trifolium pratense. (*Flor wirceb. p.* 181.)

Varietas altera: *pedunculis* villosissimis, *calyci-* pilosis atque *capitulis florum* subcylindraceis circa *langheim* in pratis turfaceis versus *den unge-rn Seen* invenienda. *Trif. prat. alpinum.* *hrad.* neues Journ. f. d. Bot. B. II. St. I. p. 114.)

Trifolium ochroleucum. (*Flor. wirceb. II. p.* 183.)

Crescit non raro in sylvaticis siccis inter *Klein-ochsenfurt* et *lacus erlaccenses*, prope *Grossenlangheim*, in sylva *Erlach* et alibi.

* *Trifolium pseudo-procumbens* spicis ovali-oblongis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus villosiusculis, stipulis ovatis latissimis ciliatis, foliolis omnibus pedicellatis obovatis.

(*Gmel.* Flor. bad. III. p. 240.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in agris, in vineis.

Planta hucusque neglecta peculiarem profecto constituit speciem ab *Ill. Gmelino* (*Vid. Flor. bad. l. c.*) primo distinctam. Inter *Trifolium agrarium* et *Trif. procumbens* medium omnino tenet, ideoque etiam mox cum hoc, mox cum illo commutabatur. Notis supra allatis ab ambobus constanter recedit, et culta quoque faciem non mutat.

Flores croceo-lutei.

Lotus siliquosus. (*Flor. wirceb. p.* 191.)

Abundat in pratis omnibus circa *Sickershausen* prope *Grossenlangheim*, in sylva *Erlach* et alibi.

Variat *caulibus* atque *foliolis* glaberrimis.

Medicago minima. (*Ibid. p.* 196.)

Passim etiam ad margines agrorum et pratorum versus *Himmelspforten* obvia.

PO-

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

Hypericum quadrangulare. (*Flor. wirceb.* p. 198.)

Hab. ubique et copiose in locis paludosis *Rhoenae.*

Hypericum dubium. (*Ibid.* p. 199.)

In sylvis ad *Hoechberg* et *Gramschatz* non rarum. requens quoque in udis supra *Waldberg* et in palude *hwarzes Moor.*

Hypericum humifusum. (*Ibid.* p. 201.)

In sylvaticis inter *Bremig* et *Aschach*, in agris bhumidis prope *Bremig*, *Waldberg* et alibi satis equens.

Hypericum pulchrum. (*Ibid.* p. 203.)

Copiosum in *sylva hoechbergiensi*, in nemorosis ud *Hasloch*, in sylva inter *Bischofsheim* et *Bremig*, *montis st. crucis* latere orientali, alibique.

SYN-

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

Tragopogon major. (*Flor. wirceb. II. p.* 216

Hab. etiam in vineis, inque collibus apricis prop *Sickershaussen.*

Scorzonera humilis. (*Ibid. p.* 217.)

Frequens in prato *am Altfeldhof* prope *Abb. Heidenfeld.* Porro in pratis ad pedes montis *Schwanberg* pone *Roedelsee*, prope *Schweinfurt* et alibi.

Variat *foliis* lineari-lanceolatis multo angustioribus.

Scorzonera hispanica. (*Ibid. p.* 218.)

Spontanea circa *Schweinfurt.* *D. W.*

---

* *Sonchus palustris* pedunculis calycibusque glanduloso-hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi sagittatis denticulato-spinulosis.

(*Oed.* Fl. dan. t. 1109.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in humidis. (Satis frequens in sylva *Erlach.* Etiam in *fossa oppidana* inter *dem neuen pleichacher Thore* specimina plura cum fratribus ... observavi.)

Radix ramosa, non repens. *Caulis* 6-8-et pedalis, erectus, teres, fistulosus, subsimplex.

li

ɪ alterna, amplexicaulia, glabra, rigidiuscula, run-
nata, *basi* sagittata, *margine* denticulato - scabra:
vrema lanceolata denticulata. *Pedunculi* terminales,
rymbosi et ut *calyx* pilis glandulosis atris vestiti.
rollae speciosae, luteae.

Lactuca perennis. (*Flor. wirceb. p.* 227.)

Crescit copiosius in lapidosis supra vineas inter
velstadt et *Sommerhaussen*, copiose quoque in monte
albenstein, prope *der Karlsburg*, infra *Veitshoech-*
ìim et alibi.

---

* *Prenanthes purpurea* calycibus 5-floris,
liis oblongo - lanceolatis amplexicaulibus cordatis
:nticulatis subtus glaucis.

(*Jacq.* Flor. austr. t. 317.)

erenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (Non raro *im Steigerwald.*
rovenit etiam prope *Schweinfurt.*)

Caulis sesqui- *aut* 2-pedalis et altior, erectus,
res, glaber, superne paniculatus. *Folia* alterna,
ıbra, subtus glauca: *inferiora* subsessilia profundius
ntata, *superiora* amplexicaulia obsolete denticulata.
ores copiosi, cernui, purpurascentes. *Calyx* glaber
sculos plerumque 5, interdum modo 4, *aut* 6 col-
;ens.

Variat raro *floribus* albidis.

Leon-

Leontodon lividus. (*Flor. wirceb. p.* 230.)

Hab. etiam in paludosis circa *Grossenlangheim.*

Hieracium paludosum. (*Ibid. p.* 239.)

In humidis turfaceis prope *Grossenlangheim* et *Erlach* non adeo raro reperitur.

* *Hieracium alpinum* scapo unifloro subnudo villoso, calyce villosissimo, foliis lanceolatis integerrimis acutis villosis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 191.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis. (In monte *st. crucis* lectus est a *cl. D. Schneider.*)

Radix sublignosa. *Caulis* digitalis, palmaris erectus, simplicissimus, uniflorus, *superne* praecipue valde villosus, folio uno alterove instructus. *Folia radicalia* plura, obovato-lanceolata, subdenticulata, dense villosa. *Flos* magnus, luteus. *Calyx* laxus pilis longis dense vestitus.

Variat *foliis* profunde dentatis et integerrimis.

---

* *Crepis pinnatifida* foliis glabris sessilibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis apice integerrimis caule erecto ramoso, calycibus pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1604.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis. (In agris subhumidis ad *sylvulam mainbernhemiensem* satis frequens. *D. N.* I rius in *sylva zellensi*).

Cau

Caulis 1-2-pedalis, erectus, sulcatus, glaber, *inferne* simplex, *superne* valde ramosus. *Folia* alterna, sessilia, glaberrima, lanceolata, pectinato-pinnatifida *aut* runcinata, *apice* integerrima: *suprema* angustissima. *Flores* numerosi, parvi, lutei, terminales, erecti, pedunculati. *Calyces* pubescentes *aut* subtomentosi.

* *Crepis virens* foliis glabris, inferioribus remote dentatis, superioribus subintegerrimis subsagittatis, caule basi ramoso diffusso, calycibus pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in iisdem cum praecdente locis.

Planta spithamaea, vix altior. *Cuules* plures, adscendentes, diffusi, teretes, tenues, filiformes, glabri, dichotomi. *Folia* laete viridia, glaberrima: *radicalia* lanceolata obtusa runcinata, *caulina* alterna angustissima lanceolata acuta, subsagittata integra amplexicaulia. *Flores* parvi, lutei, longe pedunculati, terminales. *Calyces* pubescentes.

Hypochaeris uniflora Hoffm. (Flor. germ. II. p. 123.) ab *H. maculata* (Flor. wirceb. p. 244.) specie omnino non differt. Culta enim in hanc mox mutatur, a qua *caulibus* simplicissimis plerumque unifloris, *inferne* magis foliosis solummodo differt.

Hinc inde promiscue cum *H. maculata* apud nos provenit.

Hypochaeris glabra. (*Flor. wirceb. p.* 245.)

In agris inter Bremig et Waldberg non rara.

Ar-

Arnoseris pusilla. (*Flor. wirceb. p.* 246.)

Simul cum planta praecedente iisdem in locis. Copiosa praeterea circa *Heidenfeld* et *Grossenlangheim.*

Carduus nutans. (*Ibid. p.* 251.)

Varietas *floribus albis* in agris prope *Naussees* saepius obvia.

* *Carduus Personata* foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis subtus subvillosis, radicalibus basi pinnatifidis, floribus subsessilibus congestis, squamis calycinis recurvatis.

(*Jacq.* Flor. austr. t. 348.)

Arctium Personata. L. sp. pl. II. p. 1144 *Hall.* icon. pl. helv. p. 2. t. 3.

Bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in locis graminosis subhumidis. (In sylva *Kohl* prope *Oberelzbach* pluries eam legit, *dil. Fr. G. H.* Etiam in prato ad viam versus *Heidingsfeld* specimina aliquot cum fratribus meis observavi.)

Caulis 3-4-pedalis et altior, erectus, angulatus, ramosus, foliis decurrentibus alatus. *Folia* alterna, margine inaequaliter argute serrata, pilis longis ciliata, *supra* viridia glabra, *subtus* villosiuscula incana: *inferiora* basi pinnatifida, *superiora* ovata acuminata. *Flores* mediocres, terminales, 2-3-4-6, sessiles et pedunculati, in capitulum congesti, purpurei. *Squamae calycinae* imbricatae, in spinulas subulatas longas terminatae, glabrae, ultra medium recurvatae ac atropurpureae. *Semina* matura [illegible]

Variat *foliis inferioribus* pinnatis *aut* pinnatifidis, et *squamis calycinis* totis viridibus.

Carduus crispus. (*Flor. wirceb. p.* 252.)

Floribus niveis an der *Chaussee* a *Werneck* versus *Wirceburgum* et alibi occurrit.

Hujus loci etiam est *Card. mollis*, (*Spreng.* Flor. hal. t. 11.) quem et *celeb. Dr. Wolffius* in vicinia oppidi *Schweinfurt* detexit. Sed parum recedit a *C. cyanoide* (Flor. wirccb. p. 253.) et vix nisi *foliis* parum latioribus et margine undulatis diversus, quod interdum etiam solo natali determinari potest. Hinc, eum speciem distinctam constituere, haud puto.

Cnicus intermedius. (*Flor. wirceb. II. p.* 256.)

Praeter loca natalia indicata in aliis etiam regionibus obvius, e. gr. passim in monte *st. crucis*, in sylvis humidiusculis *Rhoenae*, e. gr. prope *Leubach*, prope *Münnerstadt* et alibi.

* *Cnicus tataricus* foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis ciliato-spinosis, floribus 3-phyllis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 90.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In *territorio schwinefurtano* detectus a *cel. D. W.*)

Similis *Cnico* nostro *intermedio* atque *Cn. oleraceo*, quos inter revera medium tenet. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, crassiusculus, striatus, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, oblongo-lanceolata, amplexicaulia, glabra, serrata, *serraturis* spinoso-seta-

ceis:

ceis: *inferiora* praecipue semipinnatifida. *Flores* breviter pedunculati, erecti, albidi *aut* ochroleuci, in capitula fastigiata foliolis plerumque 3 suffulta digesti. *Calyx* cylindricus: *squamis* adpressis glabris subpungentibus.

* *Cnicus parviflorus* foliis basi adnatis lanceolatis nudis pinnatifidis ciliato-spinulosis inermibus.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvaticis turfosis. (In sylvaticis prope *Grossenlangheim* cum fratribus meis plurima collegi specimina. Plantam unicam quoque hoc anno in sylva *Struth* observavit *Fr. G. H.*)

Radix ramosa, fusca, fibris longis aucta. *Caulis* 2-3-pedalis et altior, erectus, crassiusculus, simplex, fistulosus, teres, angulato-sulcatus, pilosus, *superne* attenuatus. *Folia* alterna, remota, sessilia, *basi* cauli adnata, *inferiora* plerumque parum decurrentia, lanceolata, nuda, utrinque viridia, spinulis inermibus inaequalibus ciliata, *infima* pinnatifida: *laciniis* subdentatis, *superiora* simpliciter profunde dentata, *suprema* angustissima brevissimaque flores quasi involucrantia. *Flores* brevissime pedunculati et sessiles, figura et magnitudine florum *Serratulae tinctoriae*, albi: *terminales* 3-6-8-10 et nonnunquam plures conglomerati, solitarii in axillis foliorum superiorum. *Calyces* ovati, basi tomento albo vestiti. *Squamae* lanceolatae, *extus* viridescentes carina nivea, *intus* argenteo-splendentes, arcte imbricatae, spinulis inermibus postea recurvis terminatae. *Styli* flosculis longiores. *Pappus* sessilis.

Squa-

Squamarum calycinarum *carina nivea* in plantis vivis modo conspicua, in siccis ejus loco linea atrovirens a medio squamae ad apicem usque extensa observatur.

Simillima *Carduo parvifloro*, (*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1658.) sed *pappus* plumosus, et *folia* nusquam erosa *aut* repando-dentata.

Propter hanc affinitatem, et quia insuper etiam inter *Cnici* species indigenas flores minimos ostendit, *Cn. parviflorum* eam dixi.

* *Cnicus tuberosus* foliis amplexicaulibus pinnatifidis nudiusculis spinuloso-ciliatis, caule superne aphyllo subbifloro, calycinis squamis mucronatis patulis, radice tuberosa.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 231.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis humidis. (Frequens in sylvula *Erlach*, inque multis aliis locis.)

Radix ramosa, *tuberibus* pluribus fusiformibus aucta. *Caulis* 2-3-pedalis, nonnunquam altior, erectus, simplicissimus *aut* ramo uno alterove praeditus, sulcato-angulatus, scabriusculus, sub flore plerumpue villo albo dense obsessus. *Folia* alterna, utrinque scabriuscula, laete viridia, amplexicaulia, subdecurrentia, lanceolata, pinnatifida: *pinnis* 2-3-lobis margine spinuloso-mucronatis. *Flos* terminalis, pedunculatus, erectus, purpureus *aut* dilute roseus. *Calyx* subrotundus: *squamis* arcte imbricatis lanceolatis in spinulas molles subreflexas terminatis. *Pappus* sessilis.

Fa-

Facile dignoscitur *radice* tuberosa.

Variat floribus albidis et ochroleucis, foliis angustioribus atque profundius incisis.

Cnicus eriophorus. (*Flor. wirceb. p.* 259.)

Plantas plures nuperrime *im Kaeferholz* invenit *dil. Fr. G. H.*

Carlina acaulis. (*Flor. wirceb. II. p.* 264.)

Perfrequens in graminosis sterilibus circa montem *st. crucis* prope *Neustadt* et *Münnerstadt*.

Variat *floribus* 2 - 3 et 4.

Carlina caulescens. (*Flor. wirceb. p.* 265.)

In siccis sterilibus prope *Münnerstadt* imprimis valde frequens.

Variat *caulibus* 2 - 3 - 4 - floris.

Chrysocoma Linosyris. (*Ibid. p.* 271.)

Copiosissime in via ab *Erlach* versus *Sulzdorf*, in *foresto groſsenlanghemiensi* et circa *Sickershaussen*.

SUPERFLUA.

* *Gnaphalium minimum* caule erecto ramoso, foliis lanceolatis acutis planis, floribus conicis subconfertis lateralibus terminalibusque.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1896. *Smith.* Flor. brit. II. p. 873.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. [illegible] (In arenosis circa *Groſsenlangh*[illegible] [illegible]itur.)

Plan-

Plantula vix digitalis, nonnunquam altior, erec-
; *caule* ramoso tereti sublanato folioso. *Folia* al-
rna, erecto-adpressa, lanceolata *vel* ovato-lanceo-
a, acuta, brevia, plana, utrinque lanata. *Flores*
erumque conferti, etiam solitarii, sessiles, termi-
les et laterales, conici, *extus* lanati. *Squamae ca-*
inae subulatae, carinatae, *extus* lanatae, apice sca-
osae.

Planta ab *Ill. Smithio* (Flor. brit. l. c.) sub
naphal. minimo descripta omnino est nostra.

A *Gnaphalio montano* simillimo, cujus for-
tan varietas, *caule* demissiore, *foliis* plerumque
ato-lanceolatis, nec, ut in illo, linearibus, cauli-
ie semper et magis adpressis et *partibus omnibus*
ulto tomentosioribus recedit.

Senecio sylvaticus. (*Flor. wirceb. II. p.* 288.)

Copiosissimus in arenosis prope *den erlacher Seen,*
ique sylvaticis arenosis prope *Grosſenlangheim.* Hinc
ide etiam *im Kaeferhölzchen.*

Senecio sarracenicus. (*Ibid. p.* 292.)

Crescit non raro in sylvaticis *montis st. crucis,*
bi specimina altissima prostant.

Senecio commutatus. (*Ibid. p.* 293.)

In dicto monte maxima copia provenit.

Inula Helenium. (*Ibid. p.* 297.)

Post hominum memoriam et magna quidem co-
ia sponte crescit ad lacum parvum pagi *Grosſenlang-*
heim.

heim. Porro etiam frequens ad pagum *Hallsheim* S trapiae Gemünden. *D. G.*

Inula hirta. (*Fl. wirceb. p.* 302.

Reperitur quoque *im Kaeferholz* et circa *Schwei furt. D. W.*

Inula germanica. (*Ibid. l. c.*)

Crescit etiam in vicinia oppidi *Schweinfurt. D. W*

Arnica montana. (*Ibid. p.* 303.)

Copiose in monte *st. crucis*, et copiosissime fe ubique in omnibus *montibus rhoenanis.*

Doronicum Pardalianches. (*Ibid. p.* 304)

Abundat in monte *Schwabenberg*, ubi plagam di midii jugeris plane obducit.

FRUSTRANEA.

Centaurea phrygia. (*Ibid. p.* 317.)

Hujus varietatem *caule unifloro* in monte *st. cru cis* detexit *D. D. Schneider.*

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

Orchis coriophora. (*Flor. wirceb. II. p.* 328.)

Specimina plura prope *Grofsenlangheim* legit *dil.* r. *G. H.*

* *Orchis palustris* labello obovato leviter lobo, calcare germinibus duplo breviori adscen- nte, foliolis calycinis obtusis, foliis lineari - lan- olatis.

(*Jacq.* ic. pl. rar. t. 181.)

erenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in paludosis. (In *territorio Schwinefur- no* teste *cel. D. Wolffio.*)

Ab *Orchide Morione*, quacum facillime con- nditur, differt: *caule* altiore tenuiore a basi ad spi- am usque foliato, *foliis* lineari-lanceolatis canali- ulatis erectis, *spica* breviore 4-8-flora, labii trifidi *aciniis lateralibus* rotundatis obtusis: *intermedia* multo ninore 2-fida, et *calcare* germine breviore obtuso.

Flores inodori, saturate purpurei.

* *Orchis albida* labello 3-partito, laciniis inearibus acutis, intermedia obtusa, petalis conni- ventibus, cornu germine triplo breviore obtuso.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 38.)

Satyrium albidum. Hoffm. Fl. germ. II. p. 176. *Oeder.* Flor. dan. t. 115.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in graminosis humidis. (In stettensi unicum legi specimen.)

Bulbi fasciculati, teretes, digitati. *Caulis* maris et major, erectus, firmus, teres. *Folia* na, lanceolata. *Flores* parvi, deflexi, ex viri cente albidi, in *spicam* tenuem densam dispo *Labium inferius* breve, 3-fidum: *laciniis later* acuminatis, *intermedia* paulo longiore et obtusiore

---

MONOECIA.

TRIANDRIA.

Carex filiformis. (*Flor. wirceb. II. p.* 395)

Crescit quoque ad lacum in monte *Schwaben*

Coeterum inter *Carices nostras* sane rarissim

* *Carex stricta* spica mascula solitaria, mineis cylindraceis attenuatis subtribus distanti infima brevissime exserte pedunculata, stigmat binis, fructibus ovatis acutiusculis ore pertusis sq ma lanceolata acutiuscula majoribus, foliis strictis

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 287. *Pers.* syn. pl p. 546. n. 196. *Smith.* Flor. brit. III. p. 1000. *Ho* Flor. germ. II. p. 208. *Schkuhr.* Caric. p. 60. t. V. *Host.* ic. et descr. gram. austr. I. p. 69. t. 94.)

wenn. *Flor. Aprili, Majo.*

Hab in paludosis. (In *foresto kitzingensi* haud ra.)

Radix repens, dura, lignescens, fusca, *fibris* urimis validis aucta atque plures foliorum et culorum fasciculos in cespitem densum conjunctos suinens. *Culmi* erecti *aut* apice incurvi, triquetri, riati, glabri, ad angulos scabri: *floriferi* pedales, *uctiferi* sesquipedales et altiores. *Folia* culmis florentibus altiora, trifaria, carinata, acuminata, marine carinaque scabra: *juniora* brevia stricta, *adulora* elongata deflexa. *Vaginae* membranaceae in fila undida fatiscentes: *infimae* squamiformes acuminatae ungentes. *Spicae masculae* 2, rarissime 3, cylinicae, erectae: *terminalis* longissima. *Squamae* lanolatae, purpureo - fuscae. *Spicae foemineae* 2 - 3, ectae, longae, cylindricae, acutae, *flosculis* saepe *asculis* terminatae, pedunculatae *aut* subsessiles. *quamae* ovatae, atro - purpureae. *Capsulae* ovatae, tae, compressae, glabrae, plicatae, in *rostrum* breissimum indivisum attenuatae. *Semina* obtusa, igona.

* *Carex fulva* spica mascula solitaria, foemiis tribus oblongis distantibus, suprema sessili, liquis pedunculatis, fructibus ovato - ellipticis roratis 2 - dentatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 270. *Pers.* syn. pl. II. 542. n. 128. *Smith.* Fl. brit. III. p. 991. *Hoffm.* Fl. rm. II. p. 232. *Schkuhr.* Car. t. T. n. 67.)

erenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis sterilibus. (In der *Tanne* rope *Sickershaussen* hinc inde frequens.)

Ra-

Radix fibrosa, dura, fusca, repens. *Culmi* erect[illegible]
acute triquetri, ad angulos scabri, *inferne* foli[illegible]
floriferi semipedales *aut* pedales, *fructiferi* duplo lo[illegible]
giores. *Folia* pauca, erecta, rigida, culmis brevi[illegible]
angusta, carinata, acuta, apice triquetra, marg[illegible]
et carina scabra: *culmea* alterna vaginantia. *Sp*[illegible]
mascula unica, linearis, acuta, erecta, densa, m[illegible]
florâ. *Squamae* fuscescentes, margine membran[illegible]
albidae, oblongae, obtusae. *Spicae foem.* 2, rarius[illegible]
ovatae, erectae, *fructiferae* remotissimae, ped[illegible]
latae: *pedunculus inferior* longior totus fere br[illegible]
vaginali in folium abeunte vestitus, *superior* vag[illegible]
plane indutus. *Squamae* ovatae, acutiusculae, [illegible]
cae. *Capsulae* ovatae, subtriquetrae, striatae, [illegible]
apice 2-fido terminatae. *Semina* triquetro-subro[illegible]
da, utrinque acuminata, pallide fusca.

Non confundenda cum *Carice distanti*, [illegible]
similis.

* *Carex Pseudo-Cyperus* spica mascula [illegible]
litaria, foemineis quaternis geminatis peduncul[illegible]
pendulis cylindricis, fructibus ovato-lanceolatis bi[illegible]
pidatis reflexis squamam setaceam aequantibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 295. *Ejusd.* Enu[illegible]
p. 960. *Pers.* syn. pl. II. p. 545. n. 169. *Smith.* F[illegible]
brit. III. p. 986. *Hoffm.* Fl. germ. II. p. 237. *Schk*[illegible]
Car. t. M. m. n. 102. *Host.* icon. et descr. gram. au[illegible]
I. p. 63. t. 85.)

Perenn. Flor. Majo. Junio.

Hab. in paludosis. (Copiose in paludosis [illegible]
morosis pone *Michelfeld.*)

Ra-

Radix longa, repens, fibrillosa. *Culmi* erecti, *perne* antrorsum nutantes, acute triquetri, striati, angulos scabri, foliosi: *floriferi* pedales, *fructiferi* sesquipedales et longiores. *Folia* linearia, acuta, longa, lata, carinata, ad carinas et margines aspera, culmis longiora. *Spica mascula* terminalis, unica, oblonga, subtrigona, non procul a basi foliolo angustissimo scabro stipata. *Spicae foem.* 3-4-5, alternae, longe pedunculatae, cylindricae, *fructiferae* pendulae. *Pedunculi* filiformes, scabri. *Squamae* lanceolatae, cuspidatae, albicantes, nervo dorsali viridi in aristam longam scabram abeunte. *Capsulae* oblongae, triquetrae, acutae, striatae, *rostro* brevi tenui apice bifurcato terminatae. *Semina* ovato-triquetra, utrinque attenuata, stylo longo coronata.

TETRANDRIA.

Alnus incana. (*Flor. wirceb. II. p.* 409.)

In *montibus* plurimis *rhoenanis*, praecipue in monte prope *Tann* versus *confinia fuldensia* copiosa.

POLYANDRIA.

Betula pubescens. (*Flor. wirceb. p.* 419.)

Perquam copiose in pratis humidis, inque betuletis inter *Euerdorf* et *Kissingen.* In sylvaticis *der Garrbachsfelder* ad *Abb. Heidenfeld*, et alibi.

DIOE-

DIOECIA.

TRIANDRIA.

Empetrum nigrum. (*Flor. wirceb. II. p.* 44[illegible]

Abundat in palude rhoenano, qui *schwarzes M*[illegible] nuncupatur.

MONADELPHIA.

Taxus baccata. (*Flor. wirceb. p.* 450.)

Ad margines *Sylvae hoechbergiensis* passim. Sylva pone *Hoechberg* versus *Kist* satis frequens.

Index.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

Calyx o. *Petala* 2 incurva canaliculata. *Ca*
compressa membranacea 4-sperma.

3. Blitum.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 18. *De N*
elem. bot. n. 917. *Borkh. tentam. n.* 142.

Cal. 3-fidus patens. *Cor.* o. *Semen* 1 calyci
eato carnoso immersum.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. Hippuris.

in. Gen. plant. edit. Schreber. n. 15. *De Ne-*
. element. botan. n. 1817. *Borkhausen. tentam.*
plant. n. 32.

Calyx margo bilobus germen coronans. *Corolla* o.
men ex anteriori marginis lobo. *Stylus* e poste-
i lobo. *Stigma* simplex acutum. *Nux* 1-sperma
ta.

DIGYNIA.

2. Callitriche.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 17. *De Neck.*
ment. bot. n. 1674. *Borkh. tent. n.* 98.

DIGYNIA.

2. CALLITRICHE, *Wasserstern.*

1) *C. verna* foliis integerrimis linearibus: s rioribus subrotundis. *Frühlings-Wasserst.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* 1. p. 28. *Pers.* syn. pl. I. *Hoffm.* Germ. I. p. 2. *Schkuhr* bot. Handb. t. 1. n.

C. aquatica Willd. Enum. γ p. 18.

Ann. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in fossis, aquis stagnantibus, et vulis. (In fossis oppidanis satis frequens. Pr Catarrhactam *vor dem pleichacher Thore.* Ad ri Moeni supra *Heydingsfeld, Frickenhausen* et *S* Ad rivulos, scaturigines et fossas apud *Veitshöchh* *Zell, Retzbach*, alibique).

Caulis filiformis, articulatus, ramosus, radic 4-6-ucialis. *Folia* subsessilia: *inferiora* alterna, *periora* in rosulam congesta. *Flores* monoici, lares, sessiles, albidi.

2) *C. autumnalis* foliis omnibus linearibus bifidis. *Herbst-Wasserst.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 29. *Pers.* syn. pl. I. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr* bot. Handb. t. 1. e.)

C. aquatica α *Willd.* Enum. l. c.

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in fossis, lacubus, ad fontes et pas cum praecedente. (Ad fontes et rivulos d *Veitshöchhheim, Thüngersheim,* et *Retzbach.* Ad pas Moeni et in stagnis prope *Karlstadt*, am L beim *Burkardsthore*, in rivo fossae oppidanae pr dem *neuen Thore*, alibique).

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. Hippuris, *Tannenwedel.*

1) *H. vulgaris* foliis lineari-subulatis verticilis. *Gemeiner Tannenwedel, Pferdeschwanz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 26. *Ejusd.* Enum. p. 7. *rs.* synops. pl. I p. 5. *Schrad.* Germ. I. p. 2. *Hoffm.* erm. I. p. 1. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 1. *De Vest* lan. bot. p. 229).

erenn. Flor. Majo-Junio.

Hab. in fossis, aquis stagnantibus et lente luentibus. (In lacubus *fossae oppidanae* versns dem *eichachor Thore* copiosissime, ad ripas Moeni hinc de, in lacubus et piscinis apud *Gerolshofen, Hassfurth, arlstadt,* in vicinia *Abbatiarum Schwarzach, Heidenld,* ibidem *im Altwasser,* alibique abunde).

Radix articulata, repens. *Scapus* 1-2-pedalis, ectus, teres, simplicissimus, immersus. *Folia* tona, integerrima, glaberrima, saturate viridia, ida. *Flores* rubicundi, axillares, sessiles, hermaroditi, foemineis sæpe immixti.

Varietatem *scapo ramoso* semel inveni.

mosi et simplices, prostrati, ad articulos radicantes. *Folia* opposita, sessilia, reflexa, linearia, obtusa, integerrima, nitida, subtus glaucescentia: *suprema* minora approximata, in rosulam non congesta. *Flores* monoici: *inferiores* foeminei, *superiores* masculi.

3 Blitum. *Schminkbeere*,

1) *B. capitatum* glomerulis spicatis terminalibus aphyllis. *Aehrenblüthige Schminkb. Erdbeerspinat.*

(*L.* sp. pl. ed *Willd.* I. p 30. *Pers.* syn. pl. p. 6. *Schrad.* Germ. I. p. 4. *Hoffm.* Germ. I. p. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 1. *Sturm* D. Fl. I. 2. *Linn.* thesaur. I. t. F. 3.)

Morocarpus capitatus Scopol. Carniol. I. p. *Moench.* Method. p. 342.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. inter hortos extra urbem et circa dem Glacis hinc inde quasi sponte.

Caulis pedalis, angulatus, suberectus, superne ramosus. *Folia* alterna, longe petiolata, triangularia, sinuato-dentata. *Flores* axillares, sessiles, conglomerati, viridescentes. *Glomeruli maturi* rubri succulenti, dulcescentes, *Mori fructus* imitantes.

CL

A præcedente *foliis* omnibus linearibus apice bifidis, et *floribus* plerisque hermaphroditis praecipue diversa.

3) *C. intermedia* foliis inferioribus linearibus apice bifidis, superioribus subemarginatis. *Mittlerer Wassert.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Sturm* D. Fl. l. 3.)

C. dubia Roth Germ. I. p. 389. II. p. 417.

C. aquatica β Willd. Enum. l. c.

Ann. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in aquis lente fluentibus et stagnantibus, ad rivulos et ripas. (Ubique fere cum *C. verna.* Copiosissime praeterea ad scaturiginem fossae oppidanae prope dem *Wasserthurm*, et ad rivum inter *Theres* et *Wülfingen.*)

Flores monoici: *inferiores* foeminei, *superiores* masculi, saepe etiam hermaphroditi.

4) *C. minima* foliis omnibus linearibus utrinque attenuatis apice obtusis integris. *Kleinster Wasserstern.*

(*Hoppe* bot. Taschenb. 1792. p. 157. *De Vest.* Man. bot. p. 230. *Hoffm.* Germ. l. c. *Rebentisch.* prodr. Flor. Neomarch. p. 5.

C. cespitosa Schultz prodr. Fl. Stargard. p. 2.

C. aquatica δ Willd. Enum. l. c.

Perenn.? Flor. April. Majo.

Hab. in inundatis. (Juxta rivum prope oppidulum *Aub* ad radicem arboris truncati, et ad lacum Eickenhusianum aliquoties inveni.)

Radix brevissima, maxime fibrosa, albida. *Caules* 1-4-unciales, filiformes, subpellucidi, cespitosi, ramosi

8. Veronica.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 32. *De Neck. el. bot. n.* 606. *Borkh. tent. n.* 397.

Cal. 4-*rarius* 5-partitus. *Cor.* rotata 4-fida: *lacinia* infima angustiori. *Caps.* supera 2-locularis.

9. Gratiola.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 37. *De Neck. elem. bot. n.* 518. *Borckh. tent. n.* 490.

Cal. 5-phyllus: basi *foliolis* 2-accessoriis auctus. *Cor.* 1-petala 4-fida 2-labiata: *labio* superiori reflexo. *Stamina* 4: 2 sterilia. *Capsula* supera 2-locularis.

10. Utricularia.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 41. *De Neck. el. bot. n.* 510. *Borkh. tent. n.* 399.

Cal. 2-phyllus aequalis deciduus. *Cor.* ringens calcarata. *Caps.* globosa supera circumscissa 1-locularis.

11. Lycopus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 44. *De Neck. el. bot. n.* 467. *Borkh. tent. n.* 349.

Cal. tubulosus 5-fidus inferus. *Cor.* tubulosa fere aequalis 4-fida: *lacinia* superiori latiori emarginata. *Stamina* distantia. *Semina* 4 nuda.

12. Salvia.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 50. *De Neck. el. bot. n.* 465. *Borkh. tent. n.* 376.

Cal.

Cal. 5-dentatus 2-labiatus. *Cor.* ringens: *galea* compressa emarginata. *Filamenta* transverse pedicello affixa. *Sem.* 4 nuda.

13. SALICORNIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 14. *De Neck. el. bot. n.* 918. *Borkh. tent. n.* 33.

Cal. ventricosus integer. *Cor.* 0. *Semen* 1 in fundo calycis.

14. LEMNA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1400. *De Neck. el. bot. n.* 1675. *Borkh. tent. n.* 98.

Cal. 1-phyllus latere aut superiore parte dehiscens. *Cor.* 0. *Antherae* didymae. *Stigma* capitatum. *Capsula* 1-vel 2-locularis.

DIGYNIA.

15. ANTHOXANTHUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 58. *De Neck. el. bot. n.* 1572. *Borkh. tent. n.* 209.

Cal. gluma 2-valvis 1-flora. *Cor.* gluma duplex, utraque 2-valvis: *exteriori* aristata, *interiori* minima mutica. *Sem.* 1 corollae interiori adnatum.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

4. LIGUSTRUM. *Rheinweide.*

1) *L. vulgare* foliis elliptico-lanceolatis, thyr[illegible] terminalibus: pedicellis oppositis. *Gemeine Rhei[illegible] Liguster, Zaunriegel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 41. *Ejusd.* Enum. p[illegible] *Pers.* syn. pl. I. p. 8. *Schrad.* Germ. I. p. 7. *Hoff[illegible]* Germ. I. p. 3. *Schkuhr* bot. Handb. t. 2. *De [illegible]* Man. bot. p. 252. *Sturm* D. Fl. I. 14. *Herb. Blac[illegible]* t. 140.)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumetis, et ad sepes ubique.

Frutex 6-9-pedalis, ramosissimus: *ramis* opp[illegible]tis. *Lignum* durum, albidum. *Folia* opposita, b[illegible]viter petiolata, integerrima, glabra, nitida. *Fl[illegible]* nivei, odorati. *Baccae* maturae nigrae, splenden[illegible] subglobosae pisi majoris magnitudine.

Occurrit *foliis* ternis et maculatis.

Variationem *baccis maturis viridibus* sponte cr[illegible]centem observavit *amicissim. Wolff.*

5. SYRINGA, *Flieder.*

1) *S. vulgaris* foliis cordato-ovatis integer[illegible] mis, [illegible] terminalibus. *Gemeiner Flied. Lilac, H[illegible]*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 48. *Ejusd.* Enum. p. 14. *Pers.* syn. pl. I. p. 9. *Schrad.* Germ. I. p. 10. *Hoffm.* Germ. 1. p. 3. *De Vest* Man. bot. p. 252. *Sturm* D. Fl. I. 2. *Knorr.* thesaur. II. t. S. 11. *Schmidt.* Baumz. t. 77.)

Lilac vulgaris Moench Meth. p. 430.

Frutex Flor. April. Majo.

Hab. ad sepes et in hortis ubique.

Frutex altitudine 9-12 pedum, saepe arborescens. *Lignum* luteo-album, vetustius rubro-variegatum aut rubellum. *Folia* opposita, petiolata, glabra, cordato-ovata, acuminata, integerrima. *Racemi* terminales, laxi, multiflori, saepe gemini. *Flores* suaveolentes, coerulei, violacei aut albi.

Var. *corollis* quinquefidis.

6. Fraxinus, *Esche.*

1) *F. excelsior* foliis pinnatis: foliolis oblongolanceolatis seratis, floribns apetalis. *Hohe, gemeine Esche, Wundholzbaum.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 1099. *Ejusd.* Enum. p. 1059. *Pers.* syn. pl. II. p. 604. *Schrad.* Germ I. p. 12. *Hoffm.* Germ. II. p. 279. *Schkuhr* bot. Handb. t. 357. *Herb. Blacko.* t. 328.)

F. Ornus Scopol. Carn. II. p. 281.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis, ad pagos. (In sylvis *Waldskugel*, *Guttenberg*, *Zell*, *Gramschatz*, *Veitshöchheim*, et *Irtenberg.* In sylvaticis prope *Wolfsmünster*, *Heydenfeld*, *Klosterhaufsen*, *Kitzingen*, et alibi.)

Arbor formosa, altitudine nonnunquam 120 pedum. *Truncus* rectus *cortice* cinereo-fusco laevi, adultio-

ultiori aetate magis rugoso. *Gemmae* magnae, nigrae. *Folia* impari-pinnata: *foliolis* 8-12-13 vel 15 oppositis, subsessilibus, oblongo-lanceolatis, acuminatis, argute serratis, utrinque nudis. *Flores* in paniculis laxis lateralibus. *Semina* matura cinerea, fructibus *Avenae sativae* similia.

Floret ante foliorum erruptionem.

7. CIRCAEA, *Hexenkraut*.

1) *C. lutetiana* caule erecto pubescente, foliis ovatis acutis denticulatis. *Gemeines, französisches Hexenkr. Stephanskraut, Waldklette.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 53. *Ejusd.* Enum. p. 14. *Pers.* syn. pl. I. p. 10. *Schrad.* Germ. I. p. 13. *Hoffm.* Germ. I. p. 3. *Schkuhr* bot. Handb. t. 2. *De Vest* Man. bot. p. 236.)

C. vulgaris Mönch. Meth. p. 279.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in umbrosis humidis. (In sylva Huck prope *Klingenstein* raro. In nemorosis des Oelgrundes, et hinc inde auf dem *Sodenberg*. In sylvis inter *Waldaschach* et *Klosterhausen*. In numerosis versus der Cascate prope *Kissingen*, et prope *Bocklet* versus dem münnerstadter Berg. In sylva *Anspach* ad *Heydenfeld* copiosissime).

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, pubescens: *ramis* oppositis erectis. *Folia* opposita, longius petiolata, ovata, acuta s. acuminata, denticulata, villosiuscula vel magis glabra, obscure viridia. *Racemi* terminales et axillares, erecti, praelongi, laxi. *Calyces* pilosi, rubelli. *Petala* obcordata, albida, rubello mixta.

2)

2) *C. alpina* caule prostrato glaberrimo, foliis cordatis acuminatis dentatis. *Alpen - Hexenkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 14. *Hoffm.* Germ. I. p. 4. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis montosis humidiusculis, ad arborum truncos putridos. (In variis *Rhoeni* montium regionibus e. gr. ad pedes des grofsen *Auersberges*, in sylva vulgo der *Honigschlag*, in locis humidis arboribus fructicibusque dense consitis *montium* sic dictorum *nigrorum.* Etiam in nemorosis ad *Cascatam kissingensem* invenit *ill. Antecess. Heilmann.*)

Caulis prostratus, semipedalis et altior, ramosus, glaberrimus, teres, subpellucidus: *geniculis* tumidiusculis. *Folia* opposita, petiolata, laete viridia, tenerrima, marginibus subundulatis. *Racemus* unicus, terminalis, brevis. *Flores* albi, parvi: *pedicellis* capillaribus. *Superiores* plerumque steriles.

Circaea intermedia caule plerumque ramosissimo, foliisque cordato-ovatis acuminatis subrepandis dentatis, quam *clariss. Ehrhart in seinen Beiträgen zur Naturkunde* etc. *Band* 4. p. 42. et *Hoffmann in Flor. germ.* I. p. 4. meram habent speciem, alii vero variationem solumodo praecedentis judicant, in iisdem fere provenit locis. Eam insuper aliquando inveni in *regione hilterana* im sogenannten *bildsteiner*

CORYMBOSO—RACEMOSAE.

4) *V. serpyllifolia* foliis oppositis ovatis glabris: inferioribus crenatis, racemo terminali subspicato, bracteis pedicellos excedentibus. *Quendelblättriger Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 64. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p 21. *Hoffm.* Germ. I. p. 6. *De Vest* Man. bot. p. 260.)

Perenn. Flor. Aprili-Julio.

Hab. in nemorosis, in pratis, agris, ad vias. (In fossa oppidana prope dem *Sanderthore* satis frequens. In pratis inter *Wirceburgum* et *Heydingsfeld.* In via vom *Bleichwaasen* versus *Himmelspforten*, circa der Leimhütte ibidem. In pratis bei der *Au*- *Rosen*- et *Lindleins-Mühle.* Ad margines et in graminosis sylvarum *Gramschatz*, *Irtenberg*, *Guttenberg*, *Waldbüttelbronn*, et alibi saepe frequens.)

Caules digitales, sesquidigitales et ultra, teretes, filiformes, glabri vel leviter pubescentes, ramosi, procumbentes: *apicibus* adscendentibus. *Folia* breviter petiolata, ovato-subrotunda, glabra, laete viridia: *inferiora* crenata, *superiora* sensim minora ac integerrima. *Pedicelli* erecti bracteis breviores. *Corollae* albidae vel coerulescentes: *lacinia* angustiori plerumque alba vel pallide coerulea. *Capsulae* obcordatae, compressae.

5) *V. Beccabunga* foliis ovatis obtusis planis serrulatis, racemis lateralibus, caule repente inferne radicante. *Quellen-Ehrenpr. Bachbungen.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* En[illegible] syn. pl. I. p. 12. *Schrad.* Germ[illegible]

Germ. I. p. 7. *De Vest.* Man. bot. p. 256. *Herb. Blackw.* t. 48. *Sturm.* D. Fl. I. 12.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in fossis aquaticis, aquis stagnantibus, rivulis et ad fontium scaturigines ubique frequens.

Caules semipedales, pedales et altiores, teretes, glaberrimi, simplices aut ramosi, geniculis radicantes, basi procumbentes, a medio apicem versus erecti. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovata vel elliptica obtusa, plana, obsolete serrata, subcarnosa, laete viridia. *Flores* coerulei: *pedicellis* bractea longioribus. *Racemi* erecti. *Capsulae* subrotundae, emarginatae, apice compressae.

In locis siccioribus omnibus in partibus minor adparet.

6) *V. Anagallis* foliis lanceolatis serratis glabris semiamplexicaulibus, racemis lateralibus, caule erecto. *Wasser-Ehrenpr. Wassergauchheil.*

(*L.* sp. pl. ed. *Will.* I. p. 65. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 12. *Schrad.* Germ. I. p. 29. *Hoffm.* Germ. I. p. 7. *De Vest* Man. bot. l. c.)
Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in fossis, rivulis, locis inundatis, et ad ripas. (In fossa oppidana prope *dem Wasserthurm*, dem *neuen* et *Burkardsthore.* In fossis et rivulis extra urbem prope portam *Pleichach.* Ad ripas Moeni versus *Heydingsfeld*, *Eivelstadt*, *Ochsenfurth*, porro versus *Zell*, *Veitshöchheim*, *Himmelstadt*, *Karlstadt*; [illegible] fossas ibidem, ad locus prope *Abbat. Heiden-*

 Cau-

Caulis pedalis et ultra, erectus, teretiusculus vel subtetragonus, simplex aut parum ramosus, glaberrimus. *Folia* opposita, sessilia, lanceolata, acuta, serrata, subcarnosa, glaberrima. *Racemi* longi, oppositi, axillares, adscendentes. *Flores* dilute coerulei, quandoque albi. *Capsulae* praecedentis.

7) *V. Scutellata* foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis, racemis lateralibus alternis; pedicellis, pendulis, caule erectiusculo. *Schildsaamiger Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 22. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 28. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in uliginosis, pratis humidis, locis inundatis. (Frequens in fossa oppidana prope dem *neuen* et *Sanderthore.* Hinc inde ad rivum *Studentenbach.* In fossis aquaticis versus *Gerbrunn*, et *Veitshöchein.* In pratis humidiusculis et paludosis prope *Himmelstadt*, *Goſsmannsdorf*, *Dettelbach*, *Hürblach*, *Abbat. Heidenfeld*, *Haſsfurth* et alibi.)

Caulis digitalis, semipedalis, erectiusculus, debilis, teres, glaber, inferne ramosus. *Folia* opposita, sessilia, lineari-s. ovato-lanceolata, acuta, denticulata, raro integerrima, subcarnosa, glabra. *Racemi* alterni, axillares, laxi: *inferiores* folia superantes, *superiores* iis minores. *Pedicelli* filiformes, flexuosi, bractea duplo fere longiores. *Corollae* albidae venis rubellis pictae. *Capsulae* orbiculatae, compresseae, emarginatae, glaberrimae.

8) *V. latifolia* foliis sessilibus subcordato-ovatis obtusiusculis serratis rugosis cauleque adscendente villosis, racemis lateralibus longissimis, calycibus quinquepartitis. *Breitblättriger Gamander-Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 71. *Ejusd.* Enum. p. 23. *Pers.* syn. pl. I. p. 12.. *Schrad.* Germ. I. p. 35. *Weinmann Phytanthoza-Iconogr.* IV. t. 1005. *De Vest* Man. bot. l. c.)

V. Tecurium L. sp. pl. ed. *Wild.* I. p. 66. *Pers.* syn. pl. c. *Hoffm.* Germ. I. p. 7.

V. pseudochamaedrys Jacq. Austr t. 60.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis siccioribus, in collibus graminosis, ad sylvarum et vinearum margines. (Ad dumeta et saepes circa urbem passim. In pratis prope *Mühlhaufsen* hinc inde copiose. In collibus apud *Dettelbach, Sommerhaufsen, Volkach,* et ad vias inter vineas prope *Randesacker, Eivelstadt, Frickenhaufsen*, et *Ochsenfurth.* In pratis supra *Heyingsfeld,* prope *Thüngen, Wolfsmünster, Sachsenheim,* im *Oelgrund,* ad sylvas ibidem, et prope *Graeendorf, Abbat. Heidenfeld,* alibique.)

Caules palmares, pedales et altiores, adscendentes, teretes, pilis brevibus crispatis pubescentes aut hirsuti, interdum magis glabri. *Folia* opposita, sessilia s. brevissime petiolata, subcordato - ovata, quandoque ovata, obtusa, inaequaliter obtuse serrata, rugosa, utrinque subtus praecipue villosa s. pubescentia, laete viridia. *Racemi* in alis superioribus oppositi, longi erecti, densi, multiflori. *Flores* speciosi, coerulei. *Bracteae* lineari - lanceolatae, pubescentes. *Calyx*, 5 - partitus: *laciniis* angustis inaequalibus. *Capsulae* obcordatae, compressae.

9) *V. prostrata* foliis sessilibus oblongo - lanceolatis obtusis serratis, calycibus 5 - partitis, caule prostrato: florifero adscendente, racemis lateralibus. *Gestreckter Ehrenpreis.*

 (*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 67. *Ejusd.* Ennm. p. 22. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 38. *Hoffm.* Germ. I. p. 7. *De Vest* Man. bot. p. 257. *Moench.* Hass. no. 11. t. 1.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montibus, collibus, et locis apricis arenosis. (Prope arcem auf dem *Schloſsberge*, in monte *Nicolai*, in asperis siccis prope *Ober-* et *Unterdürrbach*, inque vicinia des *rothen Kreuzes.* In collibus am *Hexenbruch*, in via versus *Rimpar*, *Mühlhauſsen* et *Prosselsheim.* Circa *Arnstein*, *Prebersdorf*, *Thüngen*, *Abbat. Heidenfeld*, inter *Homburg* et *Remlingen*, alibique.)

Caules digitales palmares, ad terram decumbentes, prostrati, debiles, teretes, villoso-incani, subflexuosi, simpliciusculi. *Folia* opposita, plerumque sessilia vel breviter petiolata, villoso-incana: *inferiora* obovato-lanceolata serrata, *superiora* lineari-lanceolata integriuscula angustiora et longiora. *Ra-Racemi* multiflori, laterales, erecti, caulem superantes: *pedicellis* sparsis capillaribus villosis. *Corollae* coerulescentes vel ex roseo-pallide-violaceae, raro albidae, calyce duplo longiores. *Calyces* 5-partiti: *laciniis* inaequalibus lineari-subulatis. *Capsulae* cordatae, emarginatae.

10) *Chamaedrys* foliis sessilibus ovatis rugosis inciso-seratis: summis cordato-ovatis, racemis lateralibus, calycibus 4-partitis, caule utrinqne linea pilosa. *Wald-Ehrenpreis, wilder Gamander.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 69. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 12. *Schrad.* Germ. I. p. 33. *Hoffm.* Germ. I. p. 8. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

2) *C. alpina* caule prostrato glaberrimo, foliis cordatis acuminatis dentatis. *Alpen-Hexenkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 14. *Hoffm.* Germ. I. p. 4. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis montosis humidiusculis, ad arborum truncos putridos. (In variis *Rhoeni* montium regionibus e. gr. ad pedes des grofsen *Auersberges*, in sylva vulgo der *Honigschlag*, in locis humidis arboribus fructicibusque dense consitis *montium* sic dictorum *nigrorum*. Etiam in nemorosis ad *Cascatam kissingensem* invenit *ill. Antecess. Heilmann.*)

Caulis prostratus, semipedalis et altior, ramosus, glaberrimus, teres, subpellucidus: *geniculis* tumidiusculis. *Folia* opposita, petiolata, laete viridia, tenerrima, marginibus subundulatis. *Racemus* unicus, terminalis, brevis. *Flores* albi, parvi: *pedicellis* capillaribus. *Superiores* plerumque steriles.

Circaea intermedia caule plerumque ramosissimo, foliisque cordato-ovatis acuminatis subrepandis dentatis, quam *clariss. Ehrhart in seinen Beiträgen zur Naturkunde* etc. *Band* 4. p. 42. et *Hoffmann Flor. germ.* I. p. 4. meram habent speciem, alii vero variationem solumodo praecedentis judicant, in iisdem fere provenit locis. Eam insuper aliquando inveni in *regione hilterana* im sogenannten *bildsteiner*

centia. *Racemi* in alis supremis oppositi, longi, filiformes, laxi, pauciflori. *Bracteae* lanceolatae, pubescentes, pedicellis multo breviores. *Calyces* corolla duplo breviores, hirsuti, 4-partiti: *laciniis* subaequalibus ellipticis ciliatis. *Corollae* aquose coeruleae, quandoque albidae venis violaceis pictae. *Capsulae* magnae, orbiculatae, planae, subemarginatae, marginibus ciliatae.

PEDUNCULIS UNIFLORIS.

12) *V. agrestis* floribus solitariis, foliis cordato-ovatis serratis petiolatis pedunculo brevioribus. *Acker-Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 72. *Ejusd.* Enum. p. 23. *Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 42. *Hoffm.* Germ. I. p. 9. *De Vest* Man. bot. p. 259.)

Ann. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in hortis, agris, ruderatis et ad sepes ubique.

Caulis digitalis, sesquidigitalis, teres, pubescens, decumbens, supra basin ramosus: *ramulis* brevibus procumbentibus. *Folia* petiolata, cordato-ovata, rugosa, serrata, pubescentia: *inferiora* opposita, *superiora* alterna. *Pedunculi* alares, solitarii, uniflori, filiformes, foliis plerumque longiores: *floriferi* erecti, *fructiferi* recurvi. *Calyx* pubescens, 4-partitus: *laciniis* ovatis obtusis subaequalibus. *Corollae* pallide coeruleae venis saturatioribus pictae, quandoque albidae. *Capsulae* turgidae, scabriusculae, apice emarginatae.

13) *V. arvensis* floribus solitariis, foliis cordato-ovatis serratis petiolatis: floralibus sessilibus pedunculo longioribus. *Feld - Ehrenpr.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 73. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 41. *Hoffm.* Germ. I. p. 9. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Ann. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in arvis, pascuis, in ruderatis et hortis, ad muros et inter segetes frequens.

A praecedente *caulibus* adscendentibus vel erectis, *pedunculis* folio brevioribus, *laciniis calycinis* lanceolatis, *corollis* minoribus, *capsulis* magis compressis labriusculis satis distincta.

14) *V. praecox* floribus solitariis longius pedunculatis, foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis, summis oblongis sessilibus subintegerrimis pedunculo brevioribus, caule erectiusculo. *Früher Ehrenpreis.*

(*Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 40. *Hoffm.* Germ. l. c.)

V. acinifolia L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 75. *De Vest* Man. bot. p. 261.

Ann. Flor. Martio - Majo.

Hab. in agris et arvis siccis, inter segetes. (Ad muros inter hortos circa urbem raro, hinc inde in muris oppidanis. Ad margines agrorum prope *Theilheim*, *Rimpar*, *Mühlhaufsen*, *Dippach*, *Hirschfeld*, auf dem *Galgen*- und *Kreinberge*. In agris siccis elevatis apud *Arnstein*, ad sepes in monte *Kammerberg* ibidem, in arvis prope *Trabelsdorf*, alibique varius.)

Caulis 2 - 3 - 4 - uncialis, erectiusculus, teres, hirsutus, a basi plus minusve ramosus aut simplex. *Folia* opposita, crassiuscula, parum rugosa: *inferiora* petiolata cordato - ovata obtuse crenata subtus cum

cau-

caulis inferiore parte purpurascentia, *superiora* sensim minora angustiora sessilia subintegerrima pedunculo breviora. *Pedunculi* alares, solitarii, erecti, uniflori. *Calyx* 4-partitus, *laciniis* 2 minoribus. *Corolla* parvae, dilute coeruleae. *Capsulae* obovatae, turgidae emarginatae, calycem adaequantes, maturitate ex viridi coerulescentes.

15) *V. hederaefolia* floribus solitariis, foliis petiolatis planis cordatis 5-lobis: lobo medio majori, summis 3-lobis pedunculo brevioribus. *Epheublättriger Ehrenpreis, kleiner Gundermann.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 73. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 43. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 259.)

Ann. Flor. Martio-Majo.

Hab. in cultis, ad vias, ad sepes, in pomariis ubique.

Caulis digitalis, sesquidigitalis, teres aut teretiusculus, pubescens: *ramis* pluribus procumbentibus. *Folia* petiolata, reniformi-cordata, plana, subcarnosa, utrinque pilis brevibus obsessa, opposita, 5-loba: *lobo medio* maximo; *superiora* subsessilia alterna pedunculo breviora. *Pedunculi* solitarii, alares, uniflori, longi, filiformes, erecti, demum recurvi. *Calyces* 4-partiti: *laciniis* subaequalibus cordatis acutis ciliatis. *Corolla* calyce brevior, dilute coerulea, venis saturatioribus; saepe albida. *Capsula* subrotunda, turgida, glabra, apice emarginata.

16) *V. triphyllos* floribus solitariis, foliis infimis petiolatis ovatis indivisis, superioribus digitato-partitis, summis 3-partitis sessilibus, pedunculis calyce longioribus, caule patulo. *Drei*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 74. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 44. *Hoffm.* Germ. I. p. 10. *Sturm.* Deutshl. Flor. I. 8. *De Vest* Man bot. p. 260.)
Ann. Flor. April. Majo.

Hab. in agris, arvis arenosis, in ruderatis, in hortis et ad sepes ubique.

Caulis uti tota planta pubescens, viscidus, digitalis, sesquidigitalis, teres erectiusculus, simplex aut ramosus: *ramulis* patulis. *Folia* subcarnosa, supra nigrescenti-viridia, subtus plerumque purpurascentia: *radicalia* petiolata ovata integerrima, *caulina inferiora* brevius petiolata incisa aut subintegra, *media* subsessilia 5-partita: lacinia intermedia latiori, *summa* sessilia, plerumque 3-partita, saepe simplicia. *Pedunculi* alares, solitarii, uniflori, erecti, longitudine foliorum, aut iis paulo longiores. *Calyx* 4-partitus: *laciniis* lanceolatis obtusis. *Corolla* coerulea, aut aquose coerulea. *Capsula* suborbiculata, compressa, emarginata.

17) *V. verna* floribus solitariis, foliis digitato-partitis; summis indivisis, pedunculis calyce brevioribus, caule stricto. *Frühlings-Ehrenpreis.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd* I. p. 75. *Ejusd.* Enum. p. 24. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 45. *Hoffm.* Germ l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 13. *De Vest* Man. bot. l. c.)
Ann. Flor. April. Majo.

Hab. in agris, arvis arenosis, locis apricis. (In agris hinc inde juxta dem *Glacis* inter dem [illegible] et *Rennwegerthore*, in agris versus *Gerbrunn*, [illegible] *Thüngen*, In arenosis prope [illegible] ibi.)

Cru-

Caulis uncialis, digitalis, erectus, strictus, teres, plus minusve ramosus, quandoque simplicissimus, pubescens ut reliquae partes. *Folia* sessilia aut in petiolum brevem decurrentia: *inferiora* opposita ovata profunde digitato-incisa aut serrata, *caulina* digitato-partita: *laciniis* linearibus acutis, *intermedia* latiori et longiori, *superiora* alterna lineari-lanceolata 3-partita, *summa* indivisa. *Pedunculi* solitarii, alares, alterni, recti, brevissimi. *Calyx* 4-partitus: *laciniis* lineari-lanceolatis inaequalibus foliis aequantibus. *Corolla* parva venis violaceis picta: *fauce* pallide lutea. *Capsula* orbiculata, compressa, emarginata, margine hirta.

9. Gratiola, *Gnadenkraut.*

1) *G. officinalis* foliis laceolatis serrulatis sessilibus, pedunculis axillaribus. *Officinelles Gnadenkr. Wahres Purgirkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 102. *Ejusd.* Enum. p. 29. *Pers.* syn. pl. I. p. 14. *Schrad.* Germ. I. p. 50. *Hoffm.* Germ. I. p. 10. *Schkuhr* Handb. p. 13. t. 2. a. *Herb. Blackw.* t. 411. *De Vest* Man. bot. p. 262.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis humidis, inundatis, ad ripas. (Plantam hanc apud nos rarissimam in *regione gemündana* ad ripam *salae*, non procul inde, ubi fluvius iste in *Moenum* transit, ante plures annos semel inveni. *Am. Wolff* eam in humidis apud *Grettstadt* detexit, et *def. M. D. Billing* mihi exemplare *in saltu Kitzingensi* repertum misit. Ibi autem, et in [illegible] pluribus designatis locis incassum qua[illegible]

Planta inodora, amarissima, ingrata. *Radix* repens, rticulata, alba. *Caulis* pedalis circiter, erectus simlex, articulatus, ex albido viridis, inferne teres, suerne tetragonus. *Folia* opposita, sessilia, ovatoinceolata, obtusa, glabra, a medio apicem versus errata, 5-nervia: *superiora* angustiora breviora acuiora 3-nervia integriuscula. *Flores* longe pedunulati, axillares, oppositi, solitarii, rubicundo-flaidi. *Capsulae* ovatae, acuminatae, polyspermae.

10. Utricularia, *Wasserschlauch*.

1) *U. vulgaris* nectario conico, foliis pinnatoaultipartitis. *Gemeiner Wasserschlauch, Wasserhelm.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 112. *Ejusd.* Enum. p. 29. *ers.* syn. pl. I. p. 18. *Schrad.* Germ. I. p. 54. *Hoffm.* erm. I. p. 11. *Sturm.* D. Flor. I. 13. *Schkuhr* bot. andb. p. 14. t. 3. *De Vest* Man. bot. p. 264.)

Hab. in arenosis siccis. (In agris infra *Himmelspforten*, *Zell* et *Veitshöchheim* passim. Ad margines agrorum et in arenosis prope *Eivelstadt*, *Frickenhaufsen*, versus den *erlacher Seen* prope *Kleinochsenfurth*, auf dem *Galgen-* und *Krainberge*, versus *Kürnach* und *Prosselsheim*. In arenosis sterilibus circa der *Vogelsburg* prope oppid. *Volkach*, circa *Astheim*, *Eussenheim*, et *Gaibach*. In monte dürrbaccensi, in monte *Schloſsberg*, in arenosis prope *Giebelstadt*, *Sonderhofen*, *Aub* et alibi.)

Culmi caespitosi, 1-2-unciales, erecti, capillares, glaberrimi, argenteo-nitidi, superne plerumque purpurascentes, basi tantum vaginati. Folia pauca, brevissima, canaliculata, setacea, glabra. *Flores* 8-12 sessiles, alterni, exigui, mutici. *Spica* terminalis, simplicissima, erecta, filiformis, secunda. *Glumae calycinae* e fusco et purpurascente variae, apicibus albidae.

27. SYNTHERISMA, *Bluthirse.*

1) *S. vulgare* foliis vaginisque pilosis, flosculis oblongis imbricatis margine pubescentibus. *Gemeine Bluthirse.*

(*Schrad.* Germ. p. 161.)

Panicum sanquinale L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 342. *Hoffm.* Germ. p. 31. *Roth* Germ. I. p. 28. II. p. 73. *Host.* Gram. 2. p. 14. t. 17. *Schreb.* Gram. t. 16. *Leers* Herb. p. 14. t. 2. f. 6.

Digitaria sanquinalis Scapol. Carn. I. p. 52. *Koel.* Gram. p. 23. *Pers.* syn. pl. I. p. 84. *Moench.* Method. p. 205. *Willd.* Enum. p. 92.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis, agris, vineis et ad vias [illegible]

Cul-

mi e radice fibrosa plures, glabri, simplices, tiam ramosi, sanquinolenti aut maculis et striis eis notati, pro solo diverso variae altitudinis, et, semipedales, pedales et altiores, procum- aut basi tantum procumbentes, obliqui, raro recti. *Folia* brevia, sed lata, lanceolata, vil- plana, et saepe, praesertim in locis humidis ita. *Vaginae* subcompressae, plus minusve san- ae, pilosae. *Ligula* obtusa. *Spicae* digitatae, nae, rectae, basi interiori nodosae. *Flosculi* ge- saepe terni, sanquinolenti vel violacei. *Semen* num, obtusum, compressum, luteolum.

28. Digitaria, *Fingergras.*

D. stolonifera stolonibus repentibus. *Wu- les Fingergr.*

Schrad. Germ. I. p. 165. t. 3. f. 9.)
nicum Dactylon L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 342.
a. Germ. I. p. 31. *Roth* Germ. I. p. 28. II. p. 74.
Gram. 2. p. 15. t. 18.
ynodon Dactylon Pers. syn. pl. I. p. 85.
sch. a Bieberst. Flor. taur. caucas. I. p. 52. *Willd.*
1. p. 90.
ibichia umbellata Koeler. Gram. p. 308.

m. Flor. Junio — Augsto.

Hab. in cultis siccis. (In vineis der oberen e versus *Höchberg*, et in monte *Kalbenstein* ver- *Karlenburg.* In vineis auf dem karlstadter Stein- e prope *Karlstadt* et *Retzbach.* In agris hinc inde e *Stalldorf*, *Bütthardt* et *Schlüsselfeld sec. specim. riss. patre deff. ibi collecta.)*

Radix repens, geniculata, longissima, teres, squa- a. *Culmi* semipedales, pedales, erectiusculi, aut

 basi

basi procumbentes et radicantes, teretiusculi, glabri, simplices aut ramosi, basi *stolonibus* longe repentibus ramosis strictis praediti. *Folia* carinata, demum plana, laete viridia aut ex glauco viridia, pilosa s. magis glabra: *vaginis* laxis compressis aut teretiusculis glabris. *Ligulae loco* series pilorum. *Spiculae* 4-7 umbellatae, secundae, ex viridi purpurascentes.

29. Alopecurus, *Fuchsschwanz*.

1) *A. pratensis* culmo erecto glabro, spica subpaniculata densa obtusa cylindracea, glumis calycinis infra medium connatis acutis villosis. *Wiesen-Fuchsschwanz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 357. *Ejusd.* Enum. p. 86. *Pers.* syn. pl. I. p. 80. *Schrad.* Germ. p. 170. *Hoffm.* Germ. I. p. 28. *Host.* Gram. I. p. 133. t. 31. *Schkuhr.* botan. Handb. I. p. 34. t. 11. *Schreb.* Gram. t. 19. *Leers* Herb. p. 15. t. 2. f. 4. *Sturm.* D. Fl. I. 8. *Koeler.* Gram. p. 31.)

Perenn. Flor. Majo—Julio.

Hab. in pratis et pomariis copiose.

Culmi pedales et 2-pedales, in humidis 3-4-pedales, erecti, foliati, teretes, laeves. *Folia* plana, patentia, acuta, laevia. *Vaginae* striatae, glabrae; *suprema* longior subinflata. *Ligula* brevis obtusa. *Spica* terminalis, subpaniculata, solitaria, ovato-cylindrica, crassa, villosa, mollis, 1-3-uncialis, ex viridi argentea. *Flosculi* imbricati, brevissime pedicellati: *pedicellis* congestis subramosis 3-4-floris.

2) *A. agrestis* culmo erecto superne scabriusculo, spica subpaniculata gracili acuta cylindracea, glumis calycinis ultra medium connatis acutiusculis. *Acker-Fuchsschw.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 357. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 171. *Hoffm.* Germ. p. 28. *Koel.* Gram. p. 34. *Host* Gram. 3. t. 12. *Schreb.* Gram. I. p. 140. t. 19. f. 2. *Leers* Herb. p. 15. t. II. f. 5.)
Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in agris et ad margines eorum. (In agris versus *Himmelspforten*, *Zell*, *Gerbrunn*, auf dem *Galgenberge* alibique saepe copiose.)

Culmi pedales, sesquipedales, erecti, tenues, teretes, glabri, prope spicam scabriusculi. *Folia scabra: vaginis* laevibus, *suprema* multo longiore et subinflata. *Ligula* brevis, denticulata. *Spica* terminalis, solitaria, gracilis, 3-uncialis, ex viridi alba, demum purpurascens. *Flosculi* laxe imbricati: *pedicellis* plerumque simplicibus vel parum divisis. *Glumae calycinae* nudae, carina tantum brevissime ciliata.

3) *A. geniculatus* culmo adscendente geniculato, spica subpaniculata cylindrica obtusa, glumis calycinis basi connatis obtusis subvillosis corollaque apice crenulatis. *Gegliederter Fuchsschw.*, *Wasser-Fuchs-Schwanz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 358. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 173. *Hoffm.* Germ. p. 28. *Koeler.* Gram. p. 37. *Host* Gram. II. p. 24. t. 32. *Leers* Herb. p. 16. t. II. f. 7.)
Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in fossis, inundatis, palustribus et ad ripas. (In fossis oppidanis passim frequens. In fossis et ad Moeni ripas versus *Himmelspforten*, *Zell*, *Veitshöchheim*, *Thüngersheim*, prope *Heidenfeld*, et alibi frequens.)

Culmi plures, pedales circiter, saepe multo longiores, tenues, glaberrimi, ad apicem usque vaginati,

na, adscendentes vel procumbentes *apicibus erectis*; *geniculis* pluribus infractis intercepti: *inferioribus* plerumque radicantibus. *Folia* plana, latiuscula, brevia, acuta, supra scabra. *Vaginae* striatae, glabrae, laxae, compressiusculae: *suprema* ventricosa. *Ligula* oblonga, obtusiuscula. *Spica* terminalis, solitaria, brevis, cylindrica, ex albido flavicans vel ex virescenti purpurascens: *flosculis* arcte imbricatis et brevissime aristatis.

39. Leersia, *Leersie*, *Reisgras*.

1) *L. oryzoides* panicula diffusa, flosculis patulis, glumis carina ciliatis. *Reisartige Leersie*, *gemeines Reisgras*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 325. *Pers.* syn. pl. I. p. 73. *Schrad.* Germ. p. 176. *Hoffm.* Germ. p. 29. *Koel.* Gram. p. 4. *Host.* Gram. I. p. 27. t. 35.)

Phalaris oryzoides L. sp. pl. ed. 2. p. 81. *Roth.* Germ. I. p. 26. II. p. 68. *Schreb.* Gram. II. p. 6. t. 22.

Ehrhartia clandestina Wiggers. primit. p. 64.

Asprella oryzoides Moench. Method. Supplem. p. 103.

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in humidis (In fossa oppidana prope dem *neuen* et *pleichacher Thore* passim. Ad rivulos prope Catarrhactam ante portam *Pleichach*, ibidem ad dumeta solo humidiori inter hortos non procul a via versus *Veitshöchheim*. Ad Moeni ripas prope *Hirschfeld* et *Haßfurth*. Auf dem oberen Wehr fluvii *Moeni* juxta pontem versus *Heidingsfeld*. In humidis im *Marrbach-felde* prope *Abbat. Heidenfeld* et alibi raro.)

Ra-

Radix valde repens. *Culmi* plures, interdum solitarii, altitudine varii, digitales, palmares, semipedales et altiores, simplices, saepe etiam ramosi, teretes, striati, glabri, geniculis villosi, basi procumbentes et radicantes vel erecti, ad apicem usque vaginati. *Folia* patentia, linearia, in acumen rigidulum attenuata, glauca vel laetius viridia, plana, siccitate convoluta. *Vaginae* compressae, striatae, retrorsum scabrae; *superiores* 2 ventricosae. *Ligula* brevis, truncata, demum lacinulata. *Panicula* ramosa, diffusa, apice nutans, ante anthesin contracta et vagina suprema tota inclusa, sub anthesi e vagina prodiens. *Flosculi* oblongo-ovales, acutiusculi, mutici, virescentes, semper clausi. *Pedunculi* ramosi et simplices, valde flexuosi, pilis brevissimis scabri.

31. Phalaris, *Glanzgras*.

1) *Ph. arundinacea* panicula oblonga coarctata, glumis acuminatis. *Rohrartiges Glanzgras, Bandgras, Schilfgras.*

(*L.* sp. pl. ed. 2 p. 80. *Pers.* syn. pl. I. p. 78. *Schrad.* Germ. I. p. 180. t. 6. f. 5. *Hoffm.* Germ. I. p. 29. *Koel.* Gram. p. 45. *Schkuhr.* bot. Handb. p. 30. t. 9. *Host.* Gram II. p. 25. t. 33. *Leers* Herb. p. 17. t. 7. f. 3. *Willd.* Enum. p. 84.

Arundo colorata L. sp. ed. *Willd.* I. p. 457.

Baldingera colorata G. M. Sch. Flor. wetter. I. p. 96.

Typhoides arundinacea Moench. Method. p. 202.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in subhumidis et ad ripas ubique.

Cul-

Culmi 2-3-4-pedales, erecti, firmi, stricti, teretes, glabri, ad medium foliati. *Folia* plana, lata, laevia, versus apicem scabra, glauco-viridia. *Vaginae* longae, teretes, culmum arcte amplectentes. *Ligula* obtusa, brevis. *Panicula* speciosa, erecta, florens ventricosa, ampla, versicolor, ante et post anthesin contracta.

Varietas floliis eleganter variegatis (*Bandgras*) in hortis ubique colitur.

32. Phleum, *Lieschgras.*

1) *Phl. pratense* spica cylindrica longissima, calycibus truncatis mucronato-aristatis carina ciliatis, aristis calyce duplo longioribus. *Wiesen-Lieschgras, Timotheusgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 354. *Ejusd.* Enum. p. 84. *Pers.* syn. pl. I. p. 79. *Schrad.* Germ. p. 182. *Hoffm.* Germ. I. p. 33. *Koel.* Gram. I. p. 48. *Schkuhr* Handb. p. 33. t. 10. *Host.* Gram. 3. p. 7. t. 9. *Schreb.* Gram. t. 14. *Leers* Herb. p. 16. t. 3. f. 1.)

Perenn. Flor. Majo—Septembri.

Hab. in pratis et pascuis, ad viarum margines ubique.

Culmi plures, 2-3-pedales, teretes, striati, glabri, erecti vel basi modo procumbentes. *Folia* plana, latiuscula, acuminata, superne et marginibus magis minusve scabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* oblonga, obtusa, demum fissa. *Spica* terminalis, solitaria, cylindrica, 2-4-uncialis, apice obtusa, viridis, dem um canescens. *Flosculi* numerosissimi, conferti, brevissime pedicellati.

2) *Phl. nodosum* spica subcylindrica brevi basi sterili, culmo adscendente, radice bulbosa. *Knotiges Lieschgr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 355. *Pers.* syn. pl. I. p. 79. *Hoffm.* Germ. I. p. 33. *Roth.* Germ. I. p. 29. II. p. 76. *Koel.* Gram. p. 50. *Leers* Herb. p. 17. t. 3. f. 2.)

Phl. pratens. β Schrad. Germ. I. p. 183. *Willd.* Enum. l. c.

Perenn. Flor. Majo — Augusto.

Hab. in pratis aridis, in vineis, ad agrorum versuras et colles ubique.

Radix bulbosa, fusca, basi fibrosa. *Culmi* palmares, pedales, adscendentes, rarius erecti. *Folia* linearia, plana, angusta, utrinque scabriuscula. *Vaginae* subcompressae, scabriusculae: *suprema* subventricosa. *Ligula* truncata, exserta, fissa. *Spica* cylindrica, aspera, 1-2 uncialis. *Flosculi* brevissime pedicellati, dense conferti: *infimi* emarcidi steriles.

3) *Phl. asperum* panicula cylindracea spiciformi, glumis calycinis cuneiformibus mucronatis scabris. *Rauhes Lieschgr.*

(*Pers.* syn. pl. I. p. 79. *Schrad.* Germ. I. p. 185. *Hoffm.* Germ. I. p. 32. *Koel.* Gram. p. 54. *Willd.* Enum. l. c.)

Phl. paniculatum Smith. Britan. V. I. p. 70.

Phl. ventricosum Moench. Method. p. 177.

Phl. viride Allion. Pedem. n. 2133.

Phalaris aspera L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 328. *Host.* Gram. II. p. 28. t. 37.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris et collibus siccis. (In agris hinc inde prope *Rimpar*, *Oberdürrbach*, *Arnstein*, *Hirschfeld*, *Wülfershaufsen* et *Biebergau*. Pluries etiam inveni in via inter agros a pago *Mühlhaufsen* versus *Versbach*. Occurrit quoque *in agro carolopolitano* secun-

cundum specimina *a cl. d. Doct. Geist* mihi commu nicata.)

Radix fibrosa: *fibris* capillaribus dense conferti *Culmi* plurimi in caespitem congesti, digitales, rari altiores, erecti, teretes, glaberrimi, simplices, i ferne saepius ramosi, basi attenuati, ultra medii foliati, 3-4-nodes. *Folia* brevia, plana, acuta, erect subtus scabra. *Vaginae* teretes, striatae, scabri culae: *suprema* laxa subinflata. *Ligulae* exsertae, tusae. *Panicula* spicata, erecta, cylindracea, dens subcompressa, rigida, scabra, superne attenuat virescens. *Ramuli* cum rachi angulati, scabri. *Glum calycinae* corolla duplo fere longiores, subaequal cuneiformes, trinerves, scabriusculae, superne ve tricosae, obtusae, bifidae, mucrone parvo albido te minatae.

4) *Phl. Boehmeri* panicula spiciformi cylindrac glabra, glumis calycinis lanceolatis obtusis subm cronatis scabriusculis. *Boehmers Lieschgras.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 186. *Wibel* Werth. p. 12 *Willd* Enum. p. 85.)

Phl. Phalaris Pers. syn. pl. I. p. 79.

Phl. phalaroides Koel. Gram. p. 52.

Phl. glabrum Bernhard. Erford. p. 38.

Phalaris phleoides. L. sp. pl. ed. *Willd.* I. 328. *Hoffm.* Germ. I. p. 29. *Sprengel* Hal. p. 28. *Ho* Gram. II. p. 26. t. 34. *Roth.* Germ. I. p. 26. II. p. 67 *Perenn. Flor. Maj. Junio.*

Hab. in locis siccis, in saxosis, ad muro et ad vias. In sterilibus saxosis in monte *Nicol* inque montibus prope *Höchberg, Zell, Dürrbech Veitshöchheim* passim. In siccissimis circa *Mühlhaus Rimpar, Lengfeld, Dippach, Wipfeld* et *Hesslar.* I

ma

margines agrorum prope *Theilheim*, *Westheim*, *Zeutzleben*, *Haſsfurth* et *Frankenwinheim*. In collibus aridis prope pagos *Arnshauſsen*, *Poppenhauſsen*, *Nüdlingen* et alibi.)

E radice fibrosa *culmi* plures, palmares, pedales et altiores, teretes, glaberrimi, basin versus saepe rupelli, erecti, ad radicem declinati. *Folia* linearia, plana, acuta, ad oras et apicem versus scabra, coeterum glabra. *Vaginae* teretes, striatae, scabriusculae; *superior* subventricosa. *Ligula* brevis, truncata. *Panicula* spiciformis, cylindracea, utrinque attenuata, gracilis, glabriuscula, ex albido viridis, vel ex purpurascente et viridi varia. *Pedunculi* subelongati, rachi appressi.

33. Milium, *Hirsegras*, *Fladergras*.

1) *M. effusum* floribus paniculatis diffusis muticis. *Ausgebreitetes Hirsegr. Waldhirse*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 360. *Ejusd.* Enum. p. 94. *Pers.* syn. pl. I. p. 74. *Schrad.* Germ. I. p. 197. *Hoffm.* Germ. I. p. 33. *Koel.* Gram. p. 66. *Schkuhr* bot. Handb. I. p. 34. t. 11. *Host.* Gram. III. p. 16. t. 23. *Leers* Herb. p. 18. t. VIII. f. 7.)

Miliarium effusum Moench Meth. p. 204.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis umbrosis fere ubique.

Radix repens. *Culmi* plures, 2-3-pedales, erecti, graciles, striati, glaberrimi. *Folia* lanceolata, acutissima, plana, utrinque scabriuscula, obscure viridia, apicibus plerumque nutantia. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* exserta, obtusa, lacera. *Panicula* praelonga, laxa, ramosa, mutiflora, diffusa, primo erecta, dein apice nutans. *Pedunculi* capillares, flexuosi, subramosi, horizontales, demum reflexi, ad

basin

basin nodosi et squamulis minutis bracteati. *Flos*
ovati, ventricosi, acuminati, glabri toti, virides v
ex viridi et purpurascente varii.

Gramen siccatum odorem *Meliloti* mentiens.

34. Trichodium, *Straufsgras.*

1) *T. caninum* calycibus ovatis acutis coloratis arista dorsali infra medium proveniente, culmo procumbente ramoso. *Gemeines Straufsgr.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 198. *Willd.* Enum. p. 97.)

Agrostis canina L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 3[illegible] *Pers.* syn. pl. I. p. 75. *Hoffm.* Germ. I. p. 34. *Leers* Herb. p. 19. t. IV. f. 2.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, pomariis, ad margines sylvarum, inque uliginosis. (In fossis oppidanis hinc inde non infrequens. In udi[s] prope Catarrhactam extra urbem. Ad ripas Moen[i] prope *Sulzfeld*, *Ochsenfurth*, *Eivelstadt*, *Retzbach* *Karlstadt*, *Kitzingen* et alibi. Ad rivum inter *Ver[n]bach* et *Rimpar*, in sylva gramschatzensi, ad margines nemorum *Eitel* et *Steinbusch* prope *Würfershausen* In uliginosis et pratis udis circa *Abbat. Heidenfeld* passim.)

Radix plus minusve repens, fibrosa, nonnunquam stolones reptantes proferens. *Culmi* plures, pedales sesquipedales et altiores, striati, graciles, procumbentes, adscendentes, basi saepe ramosi. *Folia* utrinque scabra, siccata convoluta: *radicalia* angustissima setacea, *culmea* latiora. *Vaginae* glabrae. *Ligula* oblongae, obtusae, laciniatae. *Panicula* erecta, prim[o] contracta, florens patens, semiverticillata, violaceo

fusc[o]

a aut magis purpurascens vel coerulescens, de-
i pallescens. *Aristae* breves, geniculatae.

35. AGROSTIS, *Windhalm.*

Corolla aristata.

) *A. Spica venti* panicula diffusa, petalo ex-
re infra apicem arista longissima subflexuosa in-
to. *Wahrer Windh.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 361. *Ejusd.* Enum. p. 94.
syn. pl. I. p. 74. *Schrad.* Germ I. p. 203. *Hoffm.*
. I. p. 33. *Koel.* Gram. p. 80. *Host.* Gram.
p. 32. t. 47. *Leers.* Herb. p. 18. t. IV. f. I.)

Flor. Jun. Julio.

. *inter segetes et ad vias ubique.*

ulmi plures, 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, striati,
rimi. *Folia* plana, linearia, acuminata, supra
scentia, subtus scabriuscula. *Vaginae* striatae,
a. *Ligulae* elongatae, obtusae, lacinulatae.
cula amplissima, erecta, subsecunda, primo con-
a, florens patens, demum leviter cernua, ni-
, viridis vel ex viridi purpurascens. *Pedunculi*
iverticillati, inaequales, ramosissimi, angulati,
i, multiflori. *Arista* flore duplo longior, sub-
osa. *Fasciculus pilorum* utrinque ad latus glu-
corollinae majoris.

Corolla mutica.

) *A. vulgaris* paniculae ramis laeviusculis:
lis divergentibus, ligula brevissima truncata.
iner Windh.

Pers. syn. pl. I. p. 75. *Schrad.* Germ. I. p. 206. t.
4. *Hoffm.* Germ. I. p. 36. *Spreng.* Hal. p. 30.
h. Britan. V. I. p. 79. *Willd.* Enum. p. 96.)

A.

A. divaricata Koel. Gram. p. 97. *Hoffm.* Ger[m.] I. p. 37.

A. tenella Hoffm. Germ. I. p. 36.

A. capillaris. Roth. Germ. I. p. 32. II. p. [...] *Schkuhr.* bot. Handb. p. 37. t. 12.

A. stolonifera Leers Herb. p. 20. t. IV. f. [...] *Spreng.* Hal. p. 30.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis et pascuis, in montosis [...] collibus ubique.

Culmi plures, pedales, sesquipedales, adscend[en]tes vel magis erecti, nonnunquam repentes, gra[ci]les, striati, glabri. *Folia* linearia, angusta, pla[na,] acuta, scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* nunq[uam] exserta, truncata. *Panicula* erecta, multiflora, pu[r]purascens vel ex viridi et purpurascente varia, a[nte] et post anthesin contracta, sub anthesi patens et d[i]varicata. *Rami* dichotomi et trichotomi: *ramuli* dive[r]gentes flexuosi.

Gramen hoc pro diverso solo natali, humido v[el] sicciori et arido maxime variat. *Radix* saepe si[m]plicissima fibrosa aut magis minusve repens, non [ra]ro etiam stolonifera. *Culmi* in siccis montosis m[ul]to humiliores: *panicula* graciliori, in depressis h[u]midiusculis altiores, mox decumbentes, oblique a[d]scendentes, mox toti erecti, aut basi tantum ter[rae] adpressi e geniculis infimis *radices* et *ramos* agent[es].

3) *A. alba* paniculae ramis hispidis, ramulis [pa]tentibus, ligula oblonga. *Weißer Windhalm. Sump[f] Windhalm.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 371. *Ejusd.* Enum. n. [...] *Pers.* syn. pl. p. 76. *Schrad*[...]

ffm. Germ. p. 36. *Leers* Herb. p. 21. t. IV. 5. *Koel.* Gram. p. 95.)

enn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis, in pratis succulentis, nemorosis, ad fossas et ripas.

Radix fibrosa, albicans. *Culmi* 1 - 2 - 3 - pedales, etes, striati, rigidi, erecti, inferne saepe repen- aut procumbentes, non raro etiam ramosi. *Fo-* quam in praecedente latiora, firmiora, utrinque gis minusve scabra, pallide viridia. *Vaginae* glab- . *Ligula* exserta, oblonga. *Panicula* palmaris, osissima, sub anthesi patens, albida vel ex viri- purpurascens, demum canescens. *Pedunculi* den- verticillati, numerosi, inaequales, capillares, di- l, setuloso - hispidi.

Coeterum pro solo diverso variat *culmis* altiori- s, totis erectis, et nonnunquam etiam tota ex par- procumbentibus ac repentibus. Interdum etiam *ma corollae exterior* aristam infra apicem producit evissimam.

36. Arundo, *Rohr*, *Schilf*.

Calyces uniflori.

1) *A. epigejos* panicula stricta patente, arista sali recta pilis breviore, pilis calycem snbaequan- s. *Land - Rohr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 456. *Ejusd.* Enum. p. . *Pers.* syn. pl. I. p. 102. *Schrad.* Germ. I. p. . t. 4. f. 1. *Hoffm.* Germ. I. p. 60. *Smith.* Brit. I. p. 145. *Scopol.* Carniol. I. p. 87. *Spreng.* Hal. 13.)

Ca-

Calamagrostis epigejos Roth. Germ. I. p. 34, II. p. 91. *Moench.* Meth. p. 179. *Koel.* Gr. p. 110. *Wib.* Werth. p. 122.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in locis aridis sterilibus, et humi in sylvaticis. (Hinc inde in sylvis *Guttenberg* *Kitzingen*, in collibus aridis prope der *Waldsk* et sylvam gramschatzensem. Ad sylvam *Edelm holz* prope Veitshoechheim, ad magines sylvae *H* prope *Wipfeld*, et in sylva prope *Wülfershau* vulgo *die Breit.* In locis sterilibus prope *F* *Wipfeld, Volkach, Karlstadt, Stetten* et alibi.)

Radix repens, albida, fibris multis aucta. *Cul* erecti, stricti, teretes, superne praecipue scabri 2 - 3 - pedales, in humidis saepe 4 - 6 - pedal *Folia* lata, plana, acuminata, rigidula, utrinque, sca ra, laete viridia, saepe pedalia. *Vaginae* striat scabriusculae. *Ligula* exserta, acuta, fissa. *Panic la* ramosissima, stricta, rigida, utrinque attenuat, medio ventricosa, obscure purpurascens vel ex viri di - fusco rubella. Spiculae imbricato - congestae, plerumque secundae, lineares, longius mucronatae.

2) *A. pseudophragmites* panicula diffusa lax, calycibus acuminatis, arista dorsali recta pilisque co rolla paulo longioribus. *Unaechtes Rohr.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 213. t. 4. f. 3. *Hoffm.* Germ. I. p. 61.)

A. glauca Marsch. a Biberst. Fl. taur. caucas. I. p. 79.

Calamagrostis pseudophragmitis Koel. Gram. p. 106.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in graminosis humidis, in nemoro-', *ad ripas.* (In fossa oppidana prope dem *Kar-userkloster* et dem *Wasserthurm.* Ad rivulum ver-s *Rimpar.* Ad Moeni ripas prope *Volkach, Ochsen-th, Unterzell, Zellingen, Karlstadt, Gemünden* et bi. Auf dem Bandwoerth versus *Erlenbrunn.* Im eren Gesprait prope *Prosselsheim* et *Büsensheim.* m Wildwasser, et in den Lacken prope Abb. *Hei-sfeld.* Am Wehr prope dem *Bauernsee* ibidem. In atis ndis versus den *erlacher Seen.* In nemorosis r *Waldskugel, sylvae gramschatzensis, vitihoechhei-msis, guttenbergensis,* alibique.)

Radix valde repens. *Culmi* 1 - 2 - pedales et al-tres, erecti, glabri, sub panicula scabriusculi, sim-ces, in humidis quandoque subramosi. *Folia* linea-, acuminata, rigidiuscula, undique scabra, nunc a alterave pagina glabra. *Vaginae* striatae glabrae. *gula* exserta, obtusa, demum lacinulata. *Panicu-* erectiuscula, ramosissima, multiflora, laxa, diffu-, 3 - 6 - uncialis. *Spiculae* oblongae, subulatae, - florae, nitidae, e fuscescente et purpureo variae.

3) *A. Calamagrostis* panicula diffusa, calyci-us acuminatis, arista terminali brevi, pilis corolla ngioribus. *Wiesen - Rohr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 456. *Pers.* syn. pl. p. 102. *hrad.* Germ. p. 214. t. 4. f. 4. *Hoffm.* Germ. p. 61. *nith.* Britan. V. I. p. 146.)

Calamagrostis lanceolata Roth. Germ. I. p. . II. p. 90. *Koel.* Gram. p. 103.

renn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis uliginosis, ad ripas. (In sa oppidana prope dem *pleichacher Thore* versus

Moenum, ibidem prope dem *Wasserthurm*. Ad Mœ
ni ripas prope *Wipfeld*, *Volkach*, *Fahr*, *Nordhein*
Haſsfurth. Ad ripas des Wildwassers et ad Moen
prope *Abb. Heidenfeld*, ad fossas ibidem. In humi
sylvae stettensis, et ad fossas prope *Karlstadt* plur
invenit *am. Dr. Geist.*)

Radix repens. *Culmi* sesqui-2-3-pedales, ere
ti, tenues, teretes, striati, glabri, plerumque ram
si. *Folia* angusta, linearia, acuminata, utrinque gl
bra, marginibus retrorsum scaberrima, pagina sup
riori nonnunquam pubescentia. *Vaginae* glabrae. *Li*
gula exserta, obtusa. *Panicula* lanceolata, med
ventricosa, laxa, 4-6-uncialis, nitida, e canesce
viridiuscula vel e purpurascente fuscoque varia, pri
mo erecta, demum apice cernua, contracta ante
post anthesin.

4) *A. varia* panicula patente, calycibus acuti
pilis corollam aequantibus, arista dorsali genicul
calycem vix excedente. *Veränderliches Rohr.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 216. t. 4. f. 6.)

Calamagrostis arundinacea Wib. Wert
p. 122.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in sylvaticis humidis. (In saltu kitzi
gensi, in sylva *Ansbach* inter campos marbaccens
prope *Abb. Heydenfeld*, et in sylva stettensi prop
Werram raro. In sylvis prope *Uettingen* alibique r
rius.)

Radix repens *Culmi* pedales, sesquipedales
altiores, erecti, simplices, teretes, laeves, rigid
glabri, superne scabriusculi. *Folia* lat
supra pubescentia, subtus

ginae striatae, glabrae. *Ligula* exserta, obtusa, crenulata, demum fissa. *Panicula* erecta, patens, 2-3-uncialis, nitida, e fusco purpureoque varia.

5) *A. sylvatica* panicula patente, calycibus acutis, pilis brevissimis, arista dorsali geniculata calycem excedente. *Waldrohr.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 218. t. 4. f. 7. *Willd.* Enum. 128.)

Agrostis arundinacea L. sp. pl. ed. *Willd.* I. 364. *Pers.* syn. pl. I. p. 74.

Calamagrostis arundinacea Koel. Gram. p. 08. *Roth.* Germ. I. p. 33. II. p. 89.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis, nemorosis. (In sylvis *..ttenberg* et *Gramschatz.* Im *Kaeserhoelzchen* und af der *Roßsteige* prope *Rottendorf.* In sylvis prope *..ttigen*, *Kitzingen*, *Uettingen* et alibi.)

Radix repens. *Culmi* 2-3-4-pedales, erecti, simplicissimi, rigiduli, teretes, striati, laete virides, glabri, versus paniculam scabriusculi. *Folia* lanceolato-linearia, mucronata, marginibus scabra, ad vaginas pilosa, primo carinata, dein magis plana, *dorso* laete viridia nitida, *facie* glaucescentia. *Vaginae* scabriusculae, *infimae* non raro pubescentes. *Ligula* exserta, obtusa, demum laciniata. *Panicula* erecta, palmaris, ramosissima, patens, ex viridi flavescens, contracta ante et post anthesin.

Calyces multiflori.

6) *A. Phragmites* calycibus sub-5-floris, flosculis calycem excedentibus, panicula laxa. *Gemeines* *Rohr*, *Rohrschilf.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 454. *Ejusd.* Enum. 126. *Pers.* syn. pl. I. p. 102. *Schrad.* Germ. I. p. 2 t. 5. f. 4. *Hoffm.* Germ. I. p. 60. *Koel.* Gram. p. 2 *Schkuhr* bot. Handb. p. 53. t. 18. *Leers* Herb. p. t. 7. f. 1)

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. ad ripas, in fossis et lacubus ubiq frequens.

Radix longa, articulata, valde repens, *fibris* m tis validis aucta. *Culmi* 4 - 15 - pedales, erecti, si plicissimi, stricti, firmi, teretes, striati, glaberri *Folia* lanceolata, in acumen longum terminata, p tentia, rigida, plana, siccata involuta, *margini* scaberrima, glaucescentia. *Vaginae* longae, cyli dricae, striatae, glabrae. *Ligulae loco* series pilorum brevium. *Panicula* pedalis et longior, laxa, diffusa, ramosissima, fusco - purpurea vel e fusco - purpurea et viridi varia, primo erecta, demum plerumque cernua.

37. Stipa, *Pfriemengras, Federgras.*

1) *St. capillata* aristis nudis. *Haarfoermige Pfriemengras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 441. *Ejusd.* Enum. p 98. *Pers.* syn. pl. I. p. 99. *Schrad.* Germ. I. p. 231. *Hoffm.* Germ. I. p. 57. *Koel.* Gram. p. 75. *Host* Gram. 3. p. 4. t. 5.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis, collibus apricis, et arenosis siccis. (In collibus apricis prope *Arnstein*, in arenosis siccis prope *Remlingen* et hinc inde

pro-

rope *Himmelspforten.* Ad muros vinearum des *Steinerges* et prope *Thüngen* versus dem blauen Thurm.)

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, duri, glabri. *Folia* angustissima, linearia, acuminata, convoluta, dura, glauco - viridia, superne intus pubescentia, deorsum scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* lanceolata, obtusa, integra. *Panicula* speciosa, contracta. *Spiculae* lineari - lanceolatae, subcompressae, nitidae. *Pedunculi* magis minusve ramosi vel simpliciusculi, quini aut seni. *Calycis valvulae* inaequales: *major* linearis acuta carinata *arista* terminata. *Corollae valvula exterior* basi villosa, apice *aristam* capillarem retrorsum scabriusculam praelongam spiraliter flexam et curvatam exserens.

2) *St. pennata* aristis plumosis. *Federiges Pfriemengras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 440. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 229. *Hoffm.* Germ. l. c. *Koel.* Gram. p. 72. *Schkuhr* bot. Handb. . p. 49. t. 16.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, in collibus, in arenosis siccis, et ad muros. (Hinc inde in apricis, ad muros, ad vias *der Steinberge* prope *Wirzburg* et *Karlstadt.* Ad rupes circa arcem *Marienberg* passim. In vicinia des *Schenkenschlosses* raro. In montosis pone *Landesacker.* In monte *Schwammberg* prope *Kitzingen.* Inter ruinas arcium *Karlburg* et *Reichelsheim* prope *Aub.* In collibus aridis procul a via versus *Ernshausen.* Etiam circa *Werneck* pluries observavit *m Wolff.*)

Culmi pedales, sesquipedales et altiores, erecti, teretes, rigidi, striati, glabri. *Folia* glauca, rigida, fere

fere setacea, convoluta, mucronata, supra gla[illegible] subtus et marginibus scabra. *Vaginae* praelong[illegible] striatae, glabrae vel parum scabrae. *Ligula* brevi[illegible] ma, truncata, fissa. *Panicula* pedalis et sesquipe[illegible] lis, plus minusve contracta, superne patens, [illegible] anthesin vagina suprema inclusa. *Spiculae* lanceo[illegible] tae, acutae, glabrae, laeves, nitidae, 1-florae, [illegible] viridi flavicantes. *Pedunculi* bini, raro solitari[illegible] erecti, plerumque simplices. *Calycis valvulae* su[illegible] aequales, carinatae, patentes, in *aristam albam* te[illegible] nuissimam terminatae. *Corollae valvula exterior* i[illegible] ferne villosa, apice arista capillacea pedali et longi[illegible] ri *plumulis* sericeis albis elegantissime ornata, pri[illegible] recta, demum arcuatim curvata.

38. Andropogon, *Bartgras.*

1) *A. Ischaemum* spicis pluribus digitatis. *Fin-gerförmiges Bartgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. P. II. p. 921. *Ejusd[illegible]* Enum. p. 1028. *Pers.* syn. pl. I. p. 104. *Schrad.* Germ. I. p. 233. *Hoffm.* Germ. I. p. 32. *Koel.* Gram. p. 119. *Host.* Gram. II. p. 3. t. 3. *Schreb.* Gram. II. p 66. t. 33. *Jacq.* Austr. t. 384.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus et arenosis siccis. (In arenosis saxosis prope der *Vogelsburg* et circa *Capel-lam* in vicinia oppidi *Volkach.* Hinc inde in arenosis prope *Roedelsee.* Ad arcem *Reichelsberg* prope *Aub*, et ad ruinas arcis *Bodenlauben* prope *Kissingen.* In monte *St. Viti* prope *Neustadt* raro. In siccissimis saxosis *des kalbensteiner Berges* prope *Karlburg* invenit *cl. Dr. Geist.*)

Ra-

Radix fibrosa, repens. *Culmi* pedales, erecti, glaberrimi, rigidi, basi incurvi atque saepe ramosi, inferne plerumque semiteretes, superne teretes, *nodis* 6 - 9 purpurascentibus donati. *Folia* linearia, acuminata, rigidula, erecta, apice reflexa, utrinque pubescentia, pallide viridia, *striis* aut *maculis* purpurascentibus passim notata. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* brevissima, villosa, alba. *Spicae* 4 - 6 aut plures, terminales, digitatae, plumosae, lineares, circiter 2 - unciales, purpurascentes vel ex viridi purpureae, sub anthesi patentes, rachi appressae ante et post anthesin.

39. Panicum, *Fench.*

1) *P. verticillatum* panicula spiciformi cylindracea, involucellis deorsum hispidis, culmis diffusis. *Quirlblüthiger Fench*, *Klebgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 334. *Ejusdem.* Enum. p. 1030. *Pers.* syn. pl. I. p. 80. *Schrad.* Germ. I. p. 239. *Hoffm.* Germ. I. p. 30. *Koel.* Gram. p. 8. *Host.* Gram. II. p. 11. t. 13.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in arvis, vineis, hortis, ad muros et vias ubique.

Culmus plerumque unicus, digitalis, pedalis et altior, erectiusculus, tenuis, subtrigonus, superne teretiusculus, glaber, apicem versus scaber, nodis 4 - 6 purpurascentibus, basi ramosus. *Folia* striata, supra pilis sparsis obsessa, utrinque scabra, laete viridia, plana aut basi transversaliter undulata. *Vaginae* striatae, glabrae: *superiores* teretes, *infimae* compressae et saepe purpurascentes. *Ligulae loco* series pilorum.

Pa-

Panicula spiciformis, cylindracea, setosa, virid[illegible] demum ex viridi purpurascens, matura vestibus t[illegible] nacissime adhaerens.

2) *P. viride* panicula spiciformi cylindracea, i[illegible] volucellis multisetis sursum hispidis. *Grüner Fench*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 335. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 81. *Schrad.* Germ. p. 240. *Hoff*[illegible] Germ. l. c. *Host.* Gram. p. 12. t. 14. *Koel.* Gra[illegible] p. 10. *Leers* Herb. p. 13. t. 2. f. 2.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, oleretis, inter segetes [illegible] *ad vias ubique.*

Culmi palmares, sesquipedales, inferne plerumq[illegible] decumbentes, tenues, debiles, teretiusculi, basi sa[illegible] pissime ramosi. *Folia* praecedentis, plerumque a[illegible] tem latiora et longiora. *Vaginae* compressae. *Lig*[illegible] *lae pili* breviores et magis aggregati. *Panicula* spici-formis, densa, aequali crassitie, inferne saepe inter-rupta, laete viridis, setosa, crassior et apice obtu-sior, quam in praecedente.

3) *P. glaucum* panicula spiciformi cylindracea, involucellis sursum hispidis, seminibus dorso trans-verse undulato-rugosis. *Grauer Fench.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 241. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host.* Gram II. p. 13. t. 16. *Schreb.* Gram. II. p. 21. t. 25. *Leers* Herb. p. 12. t. 2. f. 2. *Koel.* Gram. p. 13.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in cultis et ad vias ubique.

Culmus semipedalis, pedalis aut sesquipedalis, erectus, teres, striatus, glaber, infra paniculam de-orsum

'sum scaber et sulcatus, inferne saepe ramosus. *Fo-*
s glaucescentia, plana, striata, versus vaginam pi-
s longis candidis barbata. *Vaginae* compressae,
riatae. *Ligulae loco* series pilorum brevissimorum.
anicula spiciformis, densa, teres, contigua, cras-
tie aequali, apice obtusa, primo plerumque viridis,
:mum ex rutilo - lutescens. *Semen maturum* superne
riis transversis undulatis rugosum.

4) *P. crus galli* panicula secunda erecta, spicu-
s approximatis aristatis, foliis lineari - lanceolatis
idis. *Hahnensporn - Fench, Hühnerfench.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 337. *Ejusd.* Enum. p.
132. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 243. t. 3.
8. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host.* Gram. II. p. 15. t. 19.
ers Herb. p. 13. t. 2. f. 3. *Koel.* Gram. p. 17.)
ilium crus galli Moench. Meth. p. 202.

n. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris, in oleraceis, ad vias, etiam
s uliginosis fere ubique.

Culmi pedales, sesquipedales, erectiusculi s. ob-
qui, plerumque ramosi, striati, glabri, inferne
ompressi, superne teretiusculi. *Folia* plana, lata,
riata, laete viridia, basi saepe undulata. *Vaginae*
labrae, compressae, laxae. *Ligula* nulla. *Panicula*
recta, secunda, florens patens, ante et post anthe-
n contracta. *Spiculae* brevissime pedicellatae, uni-
teraliter affixae, solitariae aut geminae, 2 - florae,
cutae, submuticae, virides aut purpurascentes. *Pe-*
unculi et *pedicelli* basi pilis brevibus albis involucrati.

5) *P. miliaceum* panicula laxa flaccida, spiculis
nuticis, foliis lanceolatis pilosis. *Hirsen - Fench,*
Hirse.

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 348. *Ejusd.* Enum. p. 10 *Schrad.* Germ. p. 245. *Host.* Gram. II. p. 16. t. *Koel.* Gram. p. 21.)

P. milium Pers. syn. pl. I. p. 83.

Milium esculentum Moench. Meth. p. 203.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in India orientali. (Colitur in agris seminibus dissipatis in cultis, inque marginibus a rorum hinc inde quasi sponte provenit.)

Culmi 1 - 2 pedales, erecti, ad paniculam usq vaginis vestiti, simplices aut ramosi, nodis 4 - 6 pil sis instructi. *Folia* lata, lanceolata, nervosa, pla basi carinata, glabra, aut pilis hinc inde inspe *Vaginae* striato - sulcatae, subcompressae, lax scabrae, pilosae: *pilis* sursum erectis. *Ligulae* lo series pilorum. *Panicula* maxima, ramosissima, l xa, flaccida, superne nutans.

Variat seminibus nigris, luteis et albis.

40. Holcus, *Rossgras*, *Honiggras*.

1) *H. avenaceus* panicula aequali patente, sp culis glabris, flosculo masculo infero aristato: aris geniculata longissima, supero hermaphrodito: aris recta brevi. *Haferartiges Roßgras*, *französisch Rajgras.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 247. *Roth* Germ. I. p. 42 II. p. 544. *Scopol.* Carn. II. p. 276. *Smith.* Brita Vol. I. p. 90. *Spreng.* Hal. p. 34. *Moench.* Metho p. 184. *Willd.* Enum. p. 1034.)

Avena elatior L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 44 *Pers.* syn. pl. I. p. 100. *Hoffm.* Germ. I. p. 57. *Ho* Gran

am. II. p. 36. t. 49. *Schreb.* Gram. I. p. 25. t. 1.
rs Herb. p. 40. t. 10. f. 4. *Koel.* Gram. p. 305.

nn. *Flor.* *Majo.* - *Julio.*

b. in pratis et pomariis ubique.

Culmi plures inaequalis longitudinis, 2 - 3 et 4 -
lales, erecti, teretes, striati, glabri, simplicissi-
; *geniculis* infimis magis incrassatis. *Folia* latius-
a, linearia, acuminata, plana, scabra, laete viri-
, *superiora* sensim breviora. *Vaginae* teretes,
atae, glabrae; *inferiores* saepe subvillosae. *Ligu-*
aevis, obtusa, ciliata. *Panicula* palmaris et pe-
is, erecta, laxe coarctata, splendens, ex viridi
escens s. albicans, in spicam contracta ante et post
hesin.

) *H. mollis* panicula aequali coarctata, spiculis
oris, flosculo infero hermaphrodito mutico, supe-
masculo aristato, arista geniculata calycem exce-
te. *Weiches Roßgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 933. *Ejusd.* Enum.
. *Pers.* syn. pl. I. p. 78. *Schrad.* Germ. I. p. 249.
st. Gram. I. p. 3. t. 3. *Schreb.* Gram. I. p. 149. t. 20.
. *Leers* Herb. p. 220. t. 7. f. 7.)

ena mollis *Koel.* Gram. p. 300. *Hoffm.* Germ.
57.

nn. *Flor.* *Junio* - *Augusto.*

Hab. in pratis siccis, ad vias, ad margi-
agrorum, inter segetes, inque sylva-
is. (In agris, et ad vias versus *Veitshöchheim*,
par, *Eivelstadt*, et alibi non infrequens.)

Gramen totum ex viridi glaucum. *Culmi* 1 - 2 -
ales, erecti, glabri; *geniculis* 3 - 4 villosis. *Folia*
villosa, plana. *Vaginae* glabrae. *Ligula* brevis,
cilia-

ciliata. *Panicula* erecta, aequalis, florens pat contracta ante et post anthesin. *Spiculae* albido-v rides, demum rufescentes.

3) *H. lanatus* panicula aequali subdiffusa, culis villosis, flosculo infimo hermophrodito mutic supero masculo aristato, arista recurva calyce ind sa. *Wolliges Roßgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 251. *Ho* Gram. I. p. 2. t. 2. *Schreb.* Gram. p. 145. t. 20. f. l *Leers* Herb. p. 221. t. 7. f. 6.

Avena lanata Koel. Gram. p. 303. *Hoffm.* Ger p. 58.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, pomariis et i sylvaticis ubique.

Gramen totum mollissime villosum. *Culmi* plur pedales, sesquipedales, erecti, aggregati. *Vagin* laxae, *suprema* ventricosa. *Panicula* erecta, subdif fusa, ex albido et pallide roseo variegata, demum c nescens, contracta ante et post anthesin.

41. Aira, *Schmiele, Schmellengras.*

Corollis muticis.

1) *A. cristata* panicula spicaeformi, glum acuminatis, flosculis calycem excedentibus, foliis c liatis. *Kammförmige Schm.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 255. *Smith.* Britan. Vol. p. 83. *Scopol.* Carn. I. p. 65. *Sprengel.* Hal. p. 3 *Willd.* Enum. p. 100.)

Poa cristata L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 402. *Hoff* Germ. I. p. 46. *Host.* Gram. II. p. 54. t. 75. *Ko* Gran

ram. p. 199. *Moench.* Meth. p. 189. *Roth* Germ. I. 43. II. p. 119. *Leers.* Herb. p. 30. t. 5. f. 6.

oeleria cristata Pers. syn. pl. I. p. 97.

actylis cristata Marsch. a Bieberst. Fl. taur. aucas. p. 67.

erenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis, ad colles et agrorum mar-ines ubique.

Culmi digitales, palmares et pedales, erecti, laeves, afra paniculam pubescentes. *Folia* brevia, plana, ubescentia, rigidula: *marginibus* scabris et ciliatis. *Vaginae* teretes, subvillosae: *superiores* scabrae. *Li-ula* brevissima, subciliata. *Panicula* erecta, angu-ta, teres, pyramidalis, in spicam contracta, florens atentior. *Spiculae* nitendes, ex viridi - albidae. *Glumae* scariosae.

2) *A. aquatica* panicula patente, glumis obtusis, losculis calyce brevioribus. *Wasser - Schmiele.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 376. *Pers.* syn. pl. I. p. 77. *Schrad.* Germ. I. p. 256. *Hoffm.* Germ. I. p. 8. *Host.* Gram. II. p. 30. t. 41.)

Poa airoides Koel. Gram. p. 194.

Molinia aquatica Wibel Werth. p. 116.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis udis, in uliginosis, ad fos-as, ad ripas et rivulos ubique fere.

Culmi palmares et sesquipedales, teretiusculi, gla-errimi, laeves, molles, basi repentes, radicantes, lerumque ramosi, oblique adscendentes. *Folia* bre-ia, plana, glabra. *Vaginae* subcompressae, laxae, triatae, glabrae. *Ligula* oblonga, acuta. *Panicula* erecta,

und *Krainberge*. In vineis auf dem *Stein*, in *Harfe*, im *mittleren Sand* et auf dem *Schalksberge*. collibus prope *Thüngen*, *Stetten*, *Büchold*, *Arn* alibique.)

Culmi 2 - unciales, digitales, palmares, erecti teretiusculi, filiformes, striati, scabriusculi, nodis purpureis instructi. *Folia* complicato - setacea, glauco - viridia vel rubella, *inferiora* caespitosa et culmo breviora. *Vaginae* teretes, sulcatae, scabriusculae *summa* subventricosa longior paniculam ante anthesin basi vestiens. *Ligulae* lanceolatae, demum laciniatae *Panicula* uncialis, erecta, ramosissima, multiflora splendens, e purpureo et viridi argentea, primo contracta, sub anthesi et post anthesin longe é vagina emersa, maximeque divaricata.

6) *A. praecox* panicula subspicata, flosculis calycem subaequantibus, arista recta geniculata calyce longiore, foliis setaceis. *Frühe Schmiele*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 380. *Pers.* syn. pl. 1. c. *Schrad.* Germ. p. 262. *Hoffm.* Germ. 1. c. *Koel.* Gram. p. 132.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in locis sterilibus, sabulosis, in ericetis. (In Insula versus dem *Siechhauße*. In arenosis et agris circa *Himmelspforten*, *Zell*, *Eivelstadt* *Kleinochsenfurth*, *Theilheim*, *Kürnach*, *Estenfeld*, *Gerbrunn*, *Rottendorf etc.* In viis arenosis prope *Dettelbach* et der *Wallfarthskirche*. In sabulosis versus *Timbach*, *Sommerach*, *Escherndorf* et alibi.)

Gramen minimum *culmis* vix digitalibus erectis filiformis debilibus caespitosis glaberrimis, *inferne* teretibus laeviusculis, *superne* subteretibus striatis. *Folia* convoluta, setacea, emarcida, glabra, ex glauco viri

a saepe rubella. *Vaginae* glabrae, sulcato-
itae, *superior* subventricosa. *Ligula* ovata, fissa.
ula parvula, coarctata, spiciformis, ex viridi
, demum canescens.

A. canescens panicula subspicata, flosculis
minoribus, arista clavata calyce minori, foliis
tis, vagina suprema ampla paniculam inferius
te. *Graue Schmiele.*

. sp. pl. ed. *Willd.* p. 379. *Ejusd.* Enum. l. c.
erm. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 263. *Hoffm.*
. I. t. *Schkuhr.* bot. Handb. I. p. 39. t. 12.
Gram. p. 134.)

Weingaertneria canescens Bernh. Erf.

. *Flor. Junio — Augusto.*

ub. in arvis arenosis, in ericetis, mon-
et collibus apricis. (In arvis, ad margi-
grorum et ad vias prope dem *rothen Kreutz*,
rbach, *Rimpar*, *Mühlhaußen*, *Oberpleichfeld*,
ck et *Fahr*. In monte *Schwammberg*, et auf dem
ann prope *Haßfurth*. In collibus prope *Stadt*-
ingen, *Friesenhaußen* et alibi non infrequens.)

lmi caespitosi, palmares et altiores, erecti, fi-
nes, rigidi, laeves, 3-nodes, canescentes. *Fo-*
aespitosa, setacea, glabra, mucronata, firma,
a, glauca, interdum rubella. *Vaginae* glaucae,
ea, glabrae: *suprema* inflato-ventricosa. *Ligu-*
rata, acutiuscula, incisa. Panicula uncialis et
:, subspicata, lanceolata, ex glauco et albido
la, ante anthesin in vagina suprema occulta, sub
si paululum emersa.

42. Melica, *Perlgras.*

1) *M. ciliata* panicula erecta spicata aequ flosculi inferioris petalo exteriore ciliato. *Gefra tes Perlgr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 381. *Ejusd.* Enum. p. 1 *Pers.* syn. pl. I. p. 77. *Schrad.* Germ. I. p. 266. *Hof* Germ. I. p. 40. *Host.* Gram. II. p. 10. t. 12. *K* Gram. p. 137.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, in saxosis, ad mur (Ad muros oppidanos ubique, ad muros beim *Krah* juxta *moenum.* Ad muros vinearum der *Steinber* et ad viam versus *Veitshoechheim* alibique copiose.)

Culmi caespitosi, erecti, stricti, teretes, stria glabri, infra paniculam scabriusculi, 2 - 4 *nodis* pu pureis instructi, palmares, pedales et altiores. *F lia* pallide viridia, striata, pubescentia, rigidul plana, siccata involuta. *Vaginae* subteretes: *inferi res* subvillosae scabriusculae, *superiores* glabrae. *L gulae* oblongae, obtusae s. acutiusculae, demum bil dae. *Panicula* 2 - 3 - uncialis, erecta, cylindrace in spicam semper contracta, splendens, sericeo albida.

2) *M. nutans* panicula erecta subsimplici secu da, spiculis nutantibus, petalis imberbibus. *Ueber hängendes Perlgr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 382. *Ejusd.* Enum. p. 10 *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ p. 267. *Hoffn* Germ. l. c. *Host.* Gram. II. p. 9. t. 10. *Schreb.* Gran II. p. 62. t. 6. f. 2. *Leers.* Herb. p. 25. t. 3. f. 4 *Koel.* Gram. p. 141.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab

Hab. in umbrosis, nemorosis et ad sylvarum margines. (In sylvis prope *Kist, Höchberg, Zell, Veitshöchheim, Gramschatz* et alibique frequens.)

Culmi pedales, sesquipedales, erecti, graciles, striati, ex compresso tetragoni, laete virides. *Folia* plana, glabra, margine et carina scabriuscula, laete viridia: *superiora* inferioribus longiora. *Vaginae* subtetragonae, profunde striatae, scabrae. *Ligulae loco* margo cartilagineus fuscus. *Panicula* 3 - 4 - uncialis, racemiformis, pauciflora, laxa, secunda, primo erecta, demum cernua. *Spiculae* nutantes, ovatae, obtusae, ventricosae, glabrae, e fusco purpurascentes, margine et apice albidae.

3) *M. uniflora* panicula suberecta ramosa secunda, spiculis erectis ovatis 2 - floris: flosculo altero hermaphrodito, altero neutro, petalis imberbibus. *Einblüthiges Perlgr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 383. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 78. *Schrad.* Germ. p. 269. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host.* Gram. II. p. 9. t. 11. *Köl.* Gram. p. 139.)

M. nutans Pollich Palatin. nro. 84.

M. Lobelii Villars Delph. 2. p. 90. t. 3. f. 3.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis, montosis. (In iisdem fere cum praecedente locis et alibi.)

A priori, cui simillima, habitu semper tenuiori, *panicula* ramosa racemosa et *spiculis* erectis minoribus differt. *Ligula* praeterea in hac acuminata purpurea ex anteriori parte oris vaginae prodiens, in illa margo cartilagineus fuscus.

4) *M. coerulea* panicula coarctata aequali, spiculis erectis oblongo-cylindraceis, petalis imberbibus. *Blaues Perlgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Schrad.* Germ. p. 269. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host.* Gram. II. p. 7. t. 9. *Schkuhr.* bot. Handb. I. p. 40. t. 13.)

Aira coerulea Pers. syn. pl. I. p. 77. *Leers.* Herb. p. 22. t. 4. f. 7.

Molinia coerulea Koel. Gram. p. 145. *Schrank* Bav. n. 201. *Moench.* Meth. p. 183.

M. variabilis Wib. Werth. p. 115.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis, in paludosis, in pratis humidis, ad ripas et aquas stagnantes. (In fossa oppidana prope dem *Wasserthurm*, der *Karthaus*, et dem *Sanderthore.* Ad scaturiginem prope dem *Wasserfall* et ad ripas des *Studentenbachs* raro. In pratis et ad ripas Moeni supra *Heidingsfeld*, versus *Eivelstadt* et *Frickenhaußen.* In umbrosis humidiusculis sylvarum *Waldkugel, Gramschatz, Veitshöchheim, Waldbrunn, Guttenberg*, praecipue in sylva *Stettensi* ad *Werram.* In nemorosis prope *Abbat. Heidenfeld*, prope dem *Wehr*, in sylva *Anspach* et in den *Lacken* ibidem. In pratis apud *Grettstadt, Spießheim, Ebern*, alibique rarius.)

Culmi plures, sesquipedales, erecti, striati, glabri, duri, plerumque uninodes, infra nodum angustati, supra eum incrassati. *Folia* longa, firma, plana, apicem versus involuta, *culmea* radicalibus latiora. *Vaginae* subteretes, striatae, glabrae. *Ligula* villosa. *Panicula* erecta, elongata, coarctata, e viridi coerulea aut e violaceo coerulea.

43. SESLERIA, *Seslerie.*

1) *S. coerulea* spica ovato - oblonga bracteata, bracteis subintegris coloratis. *Blaue Seslerie.*

(*Pers.* syn. pl. I. p. 72. *Schrad.* Germ. I. p. 273. *Scopol.* Carn. I. p. 63. *Host.* *Gram.* II. p. 69. t. 98. *Smith.* Britan. I. p. 94. *Sprengel.* Hal. p. 38. *Willd.* Enum. p. 112.)

Cynosurus coeruleus L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 414. *Hoffm.* Germ. I. p. 48. *Roth.* Germ. I. p. 53. II. p. 156. *Koel.* Gram. p. 374. *Wibel* Werth. p. 110. *Sturm.* D. Fl. I. 6.

Perenn. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in montosis, in collibus apricis et in uliginosis. (In monte praecipiti versus septentrionem inter *Erlenbach* et *Marktheidenfeld* copiose *teste am. Wolff.* In montibus *Kalmut, Kalbenstein*, et *Hohwann.* In collibus hinter den Steinweinbergen versus *Veitshöchheim.* In monte versus *Retzbach* prope der neuen Anlage. In humidis prope *Abb. Heidenfeld* versus *Garsbach.* Ad ripas prope *Haßfurth* et *Fahr.* In humidiusculis im *Oelgrund* prope *Karsbach*, *Sachsenheim*, auf dem *Sodenberge*, et alibi rarius.)

Culmi caespitosi, palmares, pedales, adscendentes et erecti, subnudi, enodes, compressiusculi. *Folia* radicalia, caespitosa, planiuscula, carinata, obtusa, glabra, firma. *Vaginae* brevissimae, glabrae, e culmi basi orientes. *Ligulae* breves, obtusae, ciliatae. *Spica* terminalis, erecta, uncialis, compacta, oblongo - ovata, ex tereti compressa, obtusa, imbricata, nitida, coerulescens aut violacea, *bracteis* 3 sessilibus membranaceis integris mucronatis eleganter coemarginibus albidis involucrata.

44.

44. Poa, *Rispengras.*

1) *P. aquatica* panicula aequali diffusa ramosissima, spiculis oblongis subcompressis. *Wasser-Rispengras.*

Culmi palmares, pedales, teretes, tenues, glabri, ti, deflorati semper fere decumbentes et dein ruentes. *Folia* angusta, plana, utrinque villosa, lia. *Vaginae* teretes, striatae, *inferiores* praeci-villosae et plerumque rufescentes. *Ligula* bre- obtusa, demum lacera. *Panicula* palmaris erec-scula, contracta, postea apice nutans et secunda. *iculae* laeves, pubescentes aut magis villosae, quanque hirsutae, sub - 5 - florae, nitidae, virides vel viridi et purpureo variae.

10) *Br. sterilis* panicula nutante, spiculis lineari- longissimis scabris compressis superne latioribus, istis rectis gluma longioribus. *Unfruchtbare Trespe, Trespe.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 433. *Ejusd.* Enum. p. 120. syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 364. *Hoffm.* p. 55. *Host.* *Gram.* I. p. 13. t. 16. *Koel.* p. 228. *Leers Herb.* p. 37. t. 11. f. 4.)

distichus Moench. Meth. p. 192.

Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad vias, ad sepes, muros, inque ru- atis ubique copiose.

Culmi 1 - 2 - pedales, erecti, teretes, graciles, ri, ad apicem usque plerumque foliati et tecti. a plana, laete viridia, flaccida, pubescentia, mol- *Vaginae* teretes, pubescentes: *superiores* saepe riusculae. *Ligula* brevis, oblique truncata, de- lacera. *Panicula* speciosa, semipedalis fere, patula, demum apice nutans, primo valde con- a. *Spiculae* praelongae, ex tereti compressiuscu- scabrae, virides, purpureo saepius variegatae, o erectae, demum nutantes.

5c.

50. Avena, Hafer.

1) *A. strigosa* panicula secunda subpate[ns], spiculis 2 - floris, flosculis nudis calycem aequan[ti]bus triaristatis: arista dorsali longissima, reliq[uis] duabus terminalibus brevibus rectis. *Gestreifter Ha*fer, *Ruchhafer*, *Sandhafer*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 446. *Ejusd.* Enum. p. 1[…] *Pers.* syn. pl. I. p. 100. *Schrad.* Germ. I. p. 3[…] *Host.* Gram. II. p. 41. t. 56. *Koel.* Gram. p [...] *Hoffm.* Germ. I. p. 59. *Roth.* Germ. I. p. 39. I[…] p. 107.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

*Hab. in collibus, et inter segetes, prae*cipue *inter Avenam.* (Inter segetes prope *Un*t*zell*, *Veitshochheim*, *Leinach*, *Ober* - et *Unterpleic*h*feld*, *Wipfeld*, *Stammheim*, *Gernach* alibique.)

Culmi 1 - 2 - pedales, erecti, teretes, striati, [g]lbri. *Folia* plana, utrinque et marginibus retror[sum] scabra, glaucescentia: *culmea* radicalibus multo b[re]viora. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae, ad e[x]tum villis longis raris obsessae. *Ligula* brevis, fi[…] *Panicula* palmaris, subpatens, secunda, erecta, apice nutans, in spicam contracta ante et post an[the]sin. *Spiculae* lanceolatae, angustae, pendulae, sp[len]dentes, plerumque 2 - rarissime 3 - florae.

2) *A. orientalis* panicula coarctata secu[nda], spiculis 2 - floris calyce minoribus, flosculo al[tero] mutico. *Türkischer Haf.*, *ungarischer Hafer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. I[…] *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 371. *Host.* Gr[…]

II. p. 31. t. 44. *Koel.* Gram. p. 292. *G. M. Sch.* Fl. I. Wetter. I. p. 140. *Moench.* Meth. p. 195.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Colitur hinc inde in agris. (Seminibus dissipatis ad margines agrorum, inter segetes et in fimetis nonnunquam quasi sponte provenit.)

Culmi 2 - 3 - 4 - pedales, erecti, teretes, glabri, superne praecipue sulcato - striati. *Folia* longa lataque, plana, laxa, marginibus praecipue retrorsum scabra. *Vaginae* longae, teretes, glabrae, sulcato - striatae. *Ligula* brevis, obtusa, demum lacinulata. *Panicula* coarctata, secunda, densa, erecta tota vel apice nutans. *Spiculae* lanceolatae, teretiusculae, primo erectae, demum parallele et horizontaliter patentes, compositae *e flosculis* 2 ex tereti compressis calyce minoribus, maturescentibus remotiusculis,

3) *A. sativa* panicula erecta divaricata, spiculis pendulis 2 - floris: flosculo altero mutico. *Gemeiner Hafer, Saat - Hafer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 446. *Ejusd.* Enum. p. 123. *Pers.* syn. pl. p. 100. *Koel.* Gram. p. 288. *Gmelin.* Bad. I. p. 253. *Herb. Blackw.* t. 422.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in Insula Juan - Fernandez. (Colitur in agris ubique et seminibus dissipatis hinc inde, praecipue in cultis quasi sponte crescere videtur.)

A praecedente *panicula* magis divaricata, *spiculis* pendulis, *culmisque* tenuioribus ac demissioribus praecipue differt.

Variat 1) *Seminibus* flavescentibus glabris. (*Gemeiner H., Weißhafer.*) 2) *Sem.* nigrescentibus et *aristis* quoque inferne nigrescentibus. (*Schwarzer Haf.*, Au-

Augusthafer.) 3) *Sem.* majoribus, *culmis* crassiori et altioribus *foliisque* latioribus. (*Englischer Haf Winterhafer.*)

4) *A. fatua* panicula aequali patente, spic sub-3-floris, flosculis calyce minoribus basi pilo omnibus dorso aristatis. *Wildhafer*, *Flughafe Taubhafer.*

(*L.* sp pl. ed. *Willd.* p. 447. *Ejusd.* Enum. l *Schrad.* Germ. p. 373. *Hoffm.* Germ. p. 60. *H* Gram. II. p. 42. t. 58. *Koel.* Gram. p. 286. *Schr* Gram. I. p. 109. t. 15. *Pers.* syn. pl. I. c. *L* Herb. p. 42. t. 11. f. 4.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris, inter segetes, in arvis, i ruderatis et ad vias.

Culmi 2 - 3 et 4 pedes alti, teretes, striati, gl bri, firmi, crassi, inferne curvati, dein erecti. *F lia* lata, plana, nitida, viridia, scabra; *culmea* *su riora* supremis et radicalibus longiora. *Vaginae* stri tae, glabrae, infimae quandoque pilis raris obsess *Ligula* brevis, obtusa, fissa. *Panicula* aequalis, pi maris et pedalis, *florens* patens et erecta, *fructife* secunda et apice cernua. *Spiculae* ovato-lanceol tae, teretiusculae, nutantes, ex glauco virides flavicantes, sub-3-florae: *flosculis* demum rem tiusculis basi et dorso pilis lutescentibus obsess *Semina* utrinque villosa.

5) *A. tenuis* panicula aequali patente pauciflo spiculis 3 - floris, flosculis calycem excedentibus: i feriori apice uniaristato, reliquis apice aristis 2 br vibus et unica dorsali geniculata instructis. *Zart Hafer, Spinnenhafer.*

(I

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 448. *Ejusd.* Enum. l. c. *Schrad.* Germ. p. 375. *Host.* Gram II. p. 40. t. 55. *Moench.* Meth. p. 195. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. I. 146.)

A. dubia Roth. Germ. I. p. 39. II. p. 108. *Hoffm.* Germ. p. 59. *Leers* Herb. p. 41. t. 9. f. 3. *Wibel* Verth. p. 121.

Bromus triflorus Pollich. Palatin. n. 119.

Trisetum striatum. Pers. syn. pl. I. p. 97.

Ventenata avenacea Koel. Gram. p. 274.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris sterilibus, in collibus, ad vineas. (In agris et ad eorum margines prope *Köhler* et *Nordheim.* In sterilibus prope der *Vogelsburg* versus der *Hallburg.* In collibus et arvis prope *Arnstein, Büchold, Rieden, Seßlach, Hattersdorf* alibique passim. Ad vineas prope montem *Kalbenstein* et *Thüngen* raro.)

Culmi palmares pedales et ultra, tenues, teretes, striati, superne praecipue scabri, nodis 3 - 4 purpurascentibus donati, geniculis inferioribus plerumque procumbentes, raro toti erecti. *Folia* utrinque scabra, angusta, plana, demum convoluta. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* elongata, lanceolata, integra, demum bifida aut lacinulata. *Panicula* aequalis, tenerrima, erecta aut apice nutans, ante anthesin contracta, sub anthesi et post anthesin patens. *Spiculae* lanceolatae, teretiusculae, subsessiles, erectae, plerumque 3 - rarius 2 - florae. *Aristae* primo rectae, dein divaricatae et crispatae.

6) *A. flavescens* panicula aequali patente multiflora, spiculis sub - 3 - floris, flosculis calycem excedentibus

cedentibus basi pilosis, omnibus dorso arist[illegible] *Gelblicher Hafer, Goldhafer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 449. *Ejusd.* Enum. p. [illegible] *Schrad.* Germ. p. 377. *Hoffm.* Germ. p. 58. [illegible] Gram. III. p. 26. t. 38. *Schreb.* Gram. I. p. 76. t [illegible] *Koel.* Gram. p. 282. *Leers.* Herb. p. 43. t. 10. f [illegible] *Moench.* Meth. p. 196.)

Trisetum pratense Pers. syn. pl. I p. 97.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, in pomariis et ad se[illegible] ubique.

Culmi plures pro solo diverso variam altitudi[illegible] attingentes, plerumque pedales, sesquipedales, eti[illegible] 2 - pedales, basi incurviusculi, dein erecti, tenu[illegible] teretes, striati, glabri, virides, nodis 2 - 4 contr[illegible] tis purpurascentibus villosis instructi. *Folia* angu[illegible] plana, striata, subvillosa, laete - aut ex flavesce[illegible] viridia. *Vaginae* teretes, striatae, subvillosae. *Li*[illegible] *gula* brevissima, truncata, subcrenata. *Panicula* [illegible] gitalis, palmaris, densiuscula, multiflora, aequali[illegible] flavescens, erecta aut cernua, florens horizontalite[illegible] patens, in spicam contracta ante et post anthesin. *Spiculae* parvulae, ovato - lanceolatae, compressae, glabrae, dorso scabriusculae, splendentes, ex viri[illegible] flavae. *Flosculi* calycem excedentes, compressi, ba[illegible] pilis brevibus stipati, demum remoti. *Semina* flave[illegible] scentia.

7) *A. pubescens* panicula erecta aequali subsim[illegible] plici, spiculis sub - 3 - floris, flosculis calycem ex[illegible] cedentibus basi pubescentibus: omnibus dorso arista[illegible] tis, foliis pubescentibus. *Feinhaariger Hafer.*

(L

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 448. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 100. *Schrad.* Germ. p. 382. *Hoffm.* Germ. p. 59. *Host.* Gram. II. p. 37. t. 50. *Koel.* Gram. p. 277. *Wibel.* Werth. p. 121. *Leers* Herb. p. 42. t. 9 f. 2.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, in pomariis et ad colles ... re ubique.

Radix fibrosa, densa, subrepens, stolonifera, denum foliorum et culmorum caespitem proferens. *Culmi* sesquipedales, 1 - 2 - pedales, erecti, basi subincurvati, laeves, teretes, nodis 3 - 4 purpureis praediti. *Folia* brevia, plana, marginibus scabra, utrinque molliter pubescentia: *radicalia* angustiora. *Vaginae* teretiusculae, striatae: *superiores* glabrae, *inferiores* villosae. *Ligula* oblonga, obtusa, integra. *Panicula* 4 - 5 - 6 - uncialis, erecta, aequalis, molliuscula, subpatens in spicam contracta ante et post anthesin atque subnutans. *Spiculae* erectae, lanceolatae, glabrae, splendentes, ex viridi - argenteo purpurascentes: *flosculis* basi pubescentibus plerumque tribus, *terminali* sterili; *omnibus* dorso aristatis.

8) *A. pratensis* panicula spicata simplici, spiculis snb - 5 - floris: flosculis calycem excedentibus basi pilosis, omnibus dorso aristatis. *Wiesen - Hafer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 451. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 385. *Hoffm.* Germ. p. 59. *Host.* Gram. II. p. 38. t. 51. *Koel.* Gram. p. 279. *Moench.* Meth. p. 196. *Leers* Herb. p. 43. t. 9. f. 1.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis siccis, in arenosis, in collibus et inter fruticeta ubique.

Ra-

Radix fibrosa plures foliorum fasciculos et cu
in caespitem densum conjunctos proferens. C
altitudine varii, plerumque pedales, etiam 2-
pedales, erecti toti aut basi curvati, teretes, te
stricti, striati, glaberrimi, magna ex parte n
plerumque laete virides, nodis 2 - 3 purpureis
nati. *Folia* angusta, mucronata, laete viridia: r
calia angustiora longiora rigidula glabra margin
scaberrima plana demum complicata et varie fle
Vaginae subcompressae, striatae, retrorsum scab
Ligula elongata, acuta, subintegra. *Panicula*
talis, semipedalis, erecta, lanceolata, contracta,
ciformis, pauciflora, rigidiuscula. *Spiculae* erect
lanceolatae, tereti-compressiusculae, glabrae, sp
dentes, ex viridi-albo et purpureo variegatae. *F*
culi 4 - 5 subcompressi: *ultimo* sterili.

51. SECALE, *Roggen.*

1) *S. cereale* glumarum ciliis scabris. *Gemei*
Roggen, *Korn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 471. *Pers.* syn. pl. p. 10
Moench. Meth. p. 174. *Schkuhr* bot. Handb. t. 1
Herb. Blackw. t. 424 *Koel.* Gram. p. 367. *G. M. Sc*
Flor. d. Wetter. I. p. 155.)

Ann. bienn. Flor. Majo.

Hab. in Creta. (Colitur in agris ubique,
hinc inde, praecipue in cultis quasi sponte provenit

Gramen hocce inter cerealia nostratia culta max
mam attingit altitudinem, et *culmos* 6 - 9 - pedale
saepe altiores procreat. *Culmi* spicam versus att
nuati, villosi atque scabri. *Spica* compressiuscul
disticha, erecta, fructifera nutans.

D

)istinquntur: 1. *Secale hybernum* (*Winterroggen*, *terkorn*) culmis altioribus, seminibusque majori- 2. *S. aestivum* (*Sommerroggen*, *Sommerkorn*) cul- demissioribus et seminibus minoribus ac tenuio- i.

'*ariat* non raro, imprimis annis bonis tempestate nte *spicis* magis minusve ramosis.

52. Triticum, *Waizen.*

). *Tr. caninum* spica disticha arcta subnutante, nis calycinis brevius aristatis 3 - nervibus sub - floris, flosculis aristatis, radice fibrosa. *Hunds- izen.*

(*Willd.* Enum. p. 134. *Pers.* syn. pl. I. p. 109. *ad.* Germ. I. p. 389. *Gmel.* Bad. I. p. 298. *Spreng.* . p. 45. *Wibel.* Werth. p. 10?. *Host.* Gram. II. 10. t. 25. *Smith.* Britan. V. I. p. 159. *G. M. Sch.* r. d. Wetter. I. p. 168.)

ymus caninus L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 469. *ilkuhr.* bot. Handb. I. p. 56. t. 19. *Roth.* Germ. I. I. II. p. 151. *Hoffm.* Germ. I. p. 64. *Koel.* Gram. 133. *Leers* Herb. p. 45. t. 12. f. 4.

enn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad sepes, in sylvis et dumetis ubi-

Radix longa, fibrosa, caespitosa. *Culmi* 2 - 3 - 4 - ales, erecti, teretes, laeves, glabri, *nodis* 4 - 6 pureis leviter pubescentibus notati. *Folia* longa, iscula, plana, rigidula, utrinque scabra, nuda, co - aut laete viridia. *Vaginae* longae, teretes, tae, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Spi-* - 3 - 4 - uncialis et longior, arcta, disticha,

primo erecta, dein apice magis minusve nu... *Spiculae* solitariae, erectae, alternae, sessiles, ... ceolatae, acutae, 3 - 5 - florae, adpressae, ex ... cante virides: *juniores* teretes, *adultiores* ex ... compressiusculae.

Sequenti simillimum. Differt vero: *radice* ... et nunquam repente, *spicis* demum nutantibus, ... *vulis calycinis* constanter aristatis, *valvulaque* co... lina exteriore in aristam duplo longiorem termin...

2) *Tr. repens* spica erecta arcta disticha, ... mis calycinis sub - 5 - nervibus 4 - 8 floris flos... que aristatis et muticis, radice repente. *Kriech... Waizen, Quecke.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 481. *Ejusd.* Enum. p. ... *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 390. *Ho...* Germ. p. 65. *Host.* Gram. II. p. 17. t. 21. *Schr...* Gram. II p. 24. t. 26. *Koel.* Gram. p. 346. *Schk...* botan. Handb. I. p. 63. t. 20. *Herb. Blackw.* t. ... *Leers* Herb. p. 44. t. 12. f. 3.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad sepes, ad muros, in hortis et vi... neis ubique abunde.

Radix maxime repens, teres, articulata, nodosa, nitida, alba. *Culmi* 2 - 3 4 - pedales, erecti, tere... laeves, glabri, *nodis* 4 - 6 purpureis aut viridibus in... structi. *Folia* linearia, plana, supra et marginibus scabra, subtus laevia, laete aut ex flavicante viridi... *Vaginae* teretes, laeves, glabrae, interdum villosius... culae. *Ligula* margo elevatus. *Spica* 2 - 4 uncias longa, erecta, tenuis, compressa, obtusa, disticha. *Spiculae* alternae, sessiles, ovatae, obtusae, glabrae; inferne quandoque binae aut ternae, laete aut ex fla...

vi...

ncante virides, raro purpureae: *juniores* ex tereti compressiusculae, *adultiores* compressae.

Variat *culmis* et *foliis* glauco-viridibus, *foliis* interdum subvillosis, *spiculis* minoribus aut majoribus magis vel minus approximatis, *flosculis* acutioribus aut magis obtusis, *glumisque* totis pubescentibus.

3) *Tr. sativum* calyce 4-floro ventricoso glabro imbricato aristato vel submutico. *Gemeiner W. Saatwaizen.*

(*Pers* syn. pl. p. 109. *Koel.* Gram. p. 336.)
Tr. cereale Schrank. Bavar. I. p. 387. *G. M. Sch.* Flor. d. Wetter. I. p 162.
Tr. vulgare. Willd. Enum. p. 133.
Tr aestivum, Tr. hybernum L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 476. et 477. *Moench.* Meth. p. 174. *Herb. Blackw.* t. 40.
Ann. bienn. Flor. Junio.

Hab. in campis apud Baschkiros, in regione inter Euphratim et Tigrim, in Tauria? (In agris colitur ubique, et ad vias inque agris requietis copiose sponte crescit.)

Culmi 2-4-pedales, erecti: *nodis* 5-6 contractis viridibus aut purpureis. *Spica* crassa, arcta, subquadrangularis, obtusa. *Spiculae* sessiles, imbricatae, ventricosae.

Distinquuntur: *T. aestivum* (*Sommer-Waizen*) *culmis* et *foliis* minoribus, *valvulis* aristatis vel muticis, *T. hybernum* (*Winter-Waizen*) *culmis* ac *foliis* majoribus, *valvulis* muticis aut subaristatis, *seminibusque* majoribus et magis farinosis.

4) *Tr. Spelta* calycibus 4-floris truncatis, flosculis aristatis: intermedio neutro. *Dünkel-Waizen, Dünkel, Spelz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 478. *Ejusd.* Enum. p. 1
Pers. syn. pl. p. 109. *Koel.* Gram. p. 338.)
Ann. bienn. Flor. Junio.

Hab. in Persia. (Colitur hinc inde copiose.)

Praecedenti valde affine, differt vero: *culmis* p
rumque humilioribus, *foliis* brevioribus et palli
ribus ex viridi flavescentibus, *spica* compressiu
rachi glabra, quae in praecedente pubescit, *val*
calycinis truncatis aut acuminatis, *glumis corol*
breviter aristatis aut muticis semen arcte inclu
tibus et non, uti in *T. sativo* dimittentibus, *ar*
bus semper muticis.

5) *Tr. monococcum* calycibus sub - 3 - flo
flosculo altero aristato, intermedio sterili, spica
sticha compressa. *Einkörniger Waizen, Einkorn,*
Peterskorn.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 479. *Ejusd.* Enum. p. 1
Pers. syn. pl. p. 109. *Koel.* Gram. p. 343. *Moe*
Meth. p. 175.)
Ann. Flor. Junio.

Hab. in Tauriae campis apricis et ad la tera collium Caucasi. (Colitur hinc inde, s
raro.)

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, firmi, glab
nodis 4 - 6 parvis pubescentibus donati. *Folia* m
cronata, plana, pubescentia, subscabra, ex viridi f
vescentia. *Vaginae* ciliatae, glabrae aut praecip
inferne hirsutae. *Ligulae loco* utrinque pili longi
bi. *Spica* compressa, disticha, arcta, subanceps,
viridi flavescens vel brunea, aetate fusca. *Spicul*
imbricatae, sessiles, arcte adpressae, pubescentes.

V.

Variat *spiculis* dispermis, *valvulis calycinis* acutis :ntatis, *flosculisque* omnibus aristatis. (*Tr. dicoc-* *Schrank.* Bav. I. p. 389. *Koel.* Gram. p. 346. vulgo *mer*, s. *Emmerkorn*) et *spicis* cum *seminibus* nigre- :ntibus.

53. Lolium, *Lolch.*

1) *L. perenne* spiculis muticis calyce longiori- *s*, radice perenni. *Ausdauernder Lolch*, *Winter-* *lch*, *englisches Rajgras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 461. *Ejusd.* Enum. p. 128. *rs.* syn. pl. I. p. 110. *Schrad.* Germ. I. p. 397. *Hoffm.* rm. I. p. 62. *Host.* Gram. I. p. 20. t. 25. *Schreb.* am. II. p. 79. t. 37. *Koel.* Gram p. 359. *Leers* rb. p. 46. t. 12. f. 1. *Moench.* Meth. p. 53.)

enn. *Flor. Junio — Augusto.*

Hab. in pratis, ad muros, ad vias et pla- *s ubique copiosissime.*

Culmi palmares, pedales et altiores, caespitosi, lique adscendentes, adultiori aetate erecti, glabri, compressi. *Folia* linearia, mucronata, plana, gla- *a*, laete viridia: *radicalia* culmeis angustiora. *Va-* *nae* compressae, laeves, glabrae. *Ligula* brevis- *ma*, truncata, incisa. *Spica* erecta aut subnutans, sticha, compresso-plana, 4 - 8 - uncialis, viri- *s*. *Spiculae* alternae, sessiles, ovatae vel lanceola- *e*, compressae, glabrae, muticae, 5 - 9 florae.

Variat imprimis solo fertiliori *culmis* altioribus *si* ramosis, *spicis* multo latioribus et ramosis.

2) *L. arvense* spiculis submuticis calycem ae- antibus, radice annua. *Acker-Lolch.*

10 * (*Willd.*

(*Willd* Enum. p. 128. *Schrad.* Germ. p. 399. *Host.* Gram. III. p. 17. t. 25. *Smith.* Britan. Vol. I. p. 150. *Spreng.* Hal. p. 44.)

L. multiflorum β Pers. syn. pl. l. c. *Koel.* Gram. p. 366.

L. remotum Hoffm. Germ. p. 63.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (In agris prope *Himmelpforten, Mittelzell,* in monte *Krainberg,* circa *Burggrumbach, Maidbrunn, Mühlhaußen, Abb. Heidenfeld* alibique.)

A priori, cum quo ob maximam affinitatem saepissime confunditur, *radice* praecipue brevi fibrosa annua ac nunquam repente, *culmis* altioribus tenuioribus semper erectis nunquam procumbentibus et adscendentibus, *vaginis* perfecte teretibus, spicis longioribus et tenuioribus, *flosculis* muticis aut brevissime aristatis et *valvulis calycinis* aut spiculas aequantibus aut iis perparum longioribus differt.

3) *L. temulentum* spiculis aristatis calyce brevioribus, radice annua. *Betäubender L., Sommer-Lolch, Tollkorn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 462. *Ejusd.* Enum. p. 1[illegible] *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 400. *Hoffm.* Germ. p 63. *Host.* Gram. I. p. 20. t. 26. *Schrad.* Gram. II. p. 74. t. 36. *Koel.* Gram. p. 363. *Schkuhr* botan. Handb. I. p. 55. t. 18. *Leers* Herb. p. [illegible] t. 12. f. 2.)

Bromus temulentus Bernhard Exf. p. 49.

Craepalia temulenta Schrank. Bav. n. 255.

Ann. Flor. Junio – Augusto.

Hab.

Hab. in argris et inter segetes passim *piose.*

Radix annua, fibrosa, nunquam repens. *Culmi* ·3 - pedales, erecti, firmi, teretes, scabriusculi, dis 3 - 4 purpureis praediti. *Folia* linearia, pla-, supra et marginibus scabriuscula, laete aut ex ivicante viridia. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae at scabriusculae. *Ligula* brevissima, obtusa, cre-ulata. *Spica* 5 - 11 - uncialis, erecta, firma, pla-a, compressa, disticha. *Spiculae* aristatae, alternae, essiles, oblongo - ovatae, quam in praecedente mi-us compressae, glabrae, 5 - 9 flosculos continentes, irides et albidae.

54. Elymus, *Haargras.*

1) *E. europaeus* spiculis scabris, flosculis ari-atis, foliis planis flaccidis. *Europäisches Haargr.* *Wald - Haargras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 470. *Ejusd.* Enum. p. 132. *ers.* syn. pl. I. p. 107. *Schrad.* Germ. I. p. 402. *Hoffm.* erm. I. p. 63. *Host.* Gram. I. p. 22. t. 28. *Smith.* itan. V. I. p. 144.)

ordeum cylindricum Mur. prodr. p. 43. *Moench.* eth. p. 198.

uviera europaea Koel. Gram. p. 328.

renn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvis, praecipue montosis. (In lvis *Waldskugel*, *Veitshöchheim* et *Guttenberg* raro. inc inde in monte *Reißenberg* prope *Karsbach* et in r *Breit* prope *Wülfershaußen.* Ex *sylva stettensi* ecimina *a cl. Doct. Geist* accepi.)

Cul-

Culmus sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, teres, striatus, rigidus, glabriusculus: *geniculis* 3 - 4 fuscis villosiusculis. *Folia* longa, striata, utrinque retrorsum scabra. *Vaginae* teretes, pilis rigidiusculis retrorsum versis hirsutae. *Ligula* brevissima. *Spica* 2 - 3 - uncialis, erecta, rigida, cylindrica, viridis. *Spiculae* rachi adpressae, lanceolatae, acutae, compressae, 1 - 2 - florae, pedicellatae, ternae: *terminales* solitariae. *Flosculi* omnes hermaphroditi.

55. Hordeum, *Gerste.*

1) *H. murinum* glumis calycinis intermediis lineari - lanceolatis ciliatis: exterioribus setaceis scabris. *Mauer - Gerste, Mäusegerste.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 474. *Ejusd.* Enum. p. 1038. *Pers.* syn. pl. I. p. 108. *Schrad.* Germ. I. p 404. *Hoffm.* Germ. I. p. 64. *Host.* Gram. I. p. 24. t. 32. *Koel.* Gram. p. 322. *Schkuhr.* bot. Handb. I. p. 59. t. 19.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad vias, ad muros, in ruderatis et plateis ubique copiosissime.

Culmi plures, palmares, pedales, erecti, basi incurvi, teretes, glabri, *nodis* 3 - 5 purpureis donati, omnino fere vaginis tecti, inferne interdum ramosi. *Folia* patentia, plana, latiuscula, utrinque villosiuscula, retrorsum scabra, laete viridia. *Vaginae* striatae, glabriusculae: *suprema* subventricosa. *Ligula* brevissima, obtusa, crenulata. *Spica* 2 - 3 - uncialis, ex tereti compressiuscula, lanceolata vel magis ovata, subhexasticha, erecta, postea magis inclinata.

Flo-

ores imbricati, terni: *intermedio* sessili hermaphro-ito fertili, *lateralibus* minoribus pedicellatis masculis el neutris sterilibus.

2) *H. pratense* glumis calycinis omnibus seta-eis scabris. *Wiesen - Gerste.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 405. *Smith.* Britan. V. I. p. 156.)

H. secalinum L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 475. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host.* Gram. I. p. 26. t. 33. *Koel.* Gram. p. 324. *Spreng.* Hal. p. 46. *Gmel.* Bad. I. p. 284.

H. murin. β Linn. sp. pl. ed. 2. p. 126.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis siccis et humidis, in locis graminosis, ad vias.

Ob maximam cum praecedente affinitatem saepis-sime etiam cum eo confunditur. Differt interea: *ra-dice* perenni, *culmis* altioribus tenuioribus totis erec-tis supra medium nudis, *vaginis* exacte teretibus at-que *suprema* nunquam subventricosa, *spicis* angustio-ribus brevioribus magis compressis plerumque pur-purascentibus aut e fuscescente viridibus, *glumis ca-lycinis* brevioribus aequalibus angustissimis setaceis scabris et non ciliatis, *aristisque* angustissimis bre-vioribus.

Variat *spicis* totis viridibus, *spiculis* nudis et pu-bescentibus, *foliis vaginisque* glaberrimis aut magis minusve pilosis, *radice* etiam, praecipue in terra humidiori fertili subbulbosa.

3) *H. vulgare* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis. *Gemeine G., Saat - Gerste, Wintergerste.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd* p. 472. *Ejusd.* Enum. p. 10[illegible] *Pers.* syn. pl. l. c. *Koel.* Gram. p. 317. *Gmel.* B[illegible] p. 279. *Herb. Blackw.* t. 423. *Moench.* Meth. p. 197.)

Ann. Flor. Junio.

Hab. in Sicilia circa Marsameni, et [illegible] *Russia circa Samaram.* (Colitur in agris.)

Culmi 2 - 3 - pedales, erecti, teretes, glabri, [illegible] ti fere vaginis vestiti. *Spica* primo erecta, dein [illegible] tans, ex tereti compressa, obscure hexasticha: *ordi-nibus* 2 majoribus et magis erectis, *ordinibus* 4 mi[illegible] ribus. *Flosculi* omnes hermaphroditi: *aristis* sca[illegible] rimis longissimisque spicam ipsam superantibus.

Variat *glumis corollaceis* maturis semen demitt[illegible] tibus, vel *seminibus* sponte decorticatis, vulgo *H[illegible] coeleste (Himmels - Gerste, nackte Gerste)* et *semini[illegible]* nigrescentibus (*H. nigrum*, *Willd.* Enum. l. c.)

4) *H. distichon* flosculis lateralibus mascu[illegible] muticis, seminibus angularibus imbricatis. *Zweizei-lige G., Sommergerste, Futtergerste, kleine G.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 473. *Ejusd.* Enum. p. 103 *Pers.* syn. pl. l. c. *Koel.* Gram. p. 320. *Gmel.* B[illegible] p. 281.)

Ann. Flor. Junio.

Hab. ad Samaram Tatariae fluvi[illegible] (Colitur in agris.)

Ab *Hordeo vulgari* differt: *spicis* magis compre[illegible] superne paululum latioribus perfecte hexastichis: [illegible] *dinibus* 4 *intermediis* flosculis masculis sterilibus m[illegible] ticis, *ordinibus* 2 *oppositis* flosculis hermaphrodi[illegible] fertilibus aristatis, et *seminibus* majoribus.

Variat praecipue solo fertiliori *culmis* multo altio-
s et crassioribus basi ramosis, atque *seminibus*
te decorticatis.

TRIGYNIA.

56. Montia, *Montie.*

) *M. fontana* foliis subcarnosis oblongo - ova-
pedunculis 1 - floris: fructiferis deflexis. *Quell-
tie, Brunnenmeyer.*

L. sp. pl. ed *Willd.* I. p. 487. *Ejusd.* Enum.
36. *Schrad.* Germ. I. p. 414. *Hoffm.* Germ. p. 66.
Roest Man. bot. p. 331. *Schkuhr* bot. Handb. I.
). t. 20. *Pers.* syn. pl. I. p. 111. *Sturm.* D.
. I. 11.)

Cerraria fontana Moench. Meth. p. 520.

a. *Flor. Majo - Augusto.*

*Hab. ad ripas, ad fontes et rivulos, inque
minosis humidis.* (Ad scaturiginem in fossa
idana prope dem *Wasserthurm*, et extra urbem
se dem *Wasserfall.* Ad rivulum am *Fahrweege*
us *Dürrbach.* Ad scaturigines prope *Zell*, *Veits-
heim*, *Karlstadt*, *Abb. Heidenfeld* et alibi.)

Planta glabra succulenta *caulibus* pluribus dichoto-
decumbentibus tenuibus teretibus 4 - 8 - uncia-
s, in aquis profundioribus longioribus et magis
ctis. *Folia* opposita, sessilia, spathulata, obtusa,
gerrima. *Pedunculi* breves, 1 - flori, basi *bractea
squamula* membranacea suffulti, ex alis superiori-
prodeuntes. *Flores* parvi, albi, raro et sole modo
ori apperti, sub anthesi erecti, post anthesin
antes.

Va-

Variat *calycibus* 3 - phyllis, et *floribus* 5-[illegible]dris.

57. Holosteum, *Nelkengras*, *Spurre.*

1) *H. umbellatum* floribus umbellatis, ped[illegible] apice denticulatis. *Geschirmtes Nelkengras*, *Dold[illegible] sparre.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 489. *Ejusd.* Em[illegible] p. 136. *Pers.* syn. pl. I. p. 111. *Schrad.* Germ. p. 415. *Schkuhr.* bot. Handb. I. p. 64. t. 20. *De l[illegible]* Man. bot. p. 332.)

Ann. Flor. Martio - Majo.

Hab. in collibus graminosis, in pomari[illegible] vineis, in ruderatis et ad muros ubique.

Caules plures, digitales plerumque, et palm[illegible] basi ramosi, apicem versus pubescenti - viscidi. *[illegible] lia* ovata, acuta, integerrima, crassiuscula, gla[illegible] glaucescentia, in petiolum attenuata: *radicalia* in [illegible]bem disposita, *caulina* opposita sessilia connata. *[illegible]dunculi* umbellati, inaequales, viscidi, bracteati: *[illegible]riferi* erecti, *fructiferi* elongati retrofracti. *Pe[illegible]* aequalia, alba, quandoque rubicunda, apice va[illegible] incisa.

Variat *staminibus* 4 - 5 et totidem *pistillis.*

CLA[illegible]

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

58. GLOBULARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 146. *De Neck. el. t. n.* 182. *Borkh. tent. n.* 447.

Cal. communis polyphyllus imbricatus persistens: *oprius* inferus tubulatus 5 - fidus. *Cor. labio superi* 2 - partito: *inferiori* 3 - partito. *Receptaculum* ileaceum. *Sem.* nuda.

59. DIPSACUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 148. *De Neck. el. , n.* 199. *Borkh. tent. n.* 446.

Cal. communis polyphyllus persistens: *proprius* - phyllus minimus superus integer. *Corollulae* 4 - dae. *Receptaculum* paleaceum. *Sem.* solitaria margine calycino integro coronata.

60. SCABIOSA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 149. *De Neck. el. . n.* 188. *Borkh. tent. n.* 445.

Cal. communis polyphyllus persistens: *proprius* uplex superus, *exterior* membranaceus, *interior* 5 - idus. *Receptaculum* paleaceum.

70. Parietaria.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1576. *De N el. bot. n.* 930. *Borckh. tent. n.* 36.

Cal. 4 - fidus inferus. *Cor.* 0. *Sem.* calyce [illegible] gato tectum. *Flores* aliquot foeminei.

71. Alchemilla.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 222. *De Ne[illegible] b. n.* 935. *Borkh. tent. n.* 605.

Cal. 1 - phyllus 8 - fidus inferus: *laciniis* al[illegible] minoribus. *Cor.* 0. *Sem.* 1 nudum.

72. Aphanes.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 223. *De N[illegible] elem. bot. n.* 936.

Cal. tubulatus 8 - fidus: *laciniis* alternis mi[illegible] *Cor.* 0. *Sem.* 2 calyce vestita: *uno* saepius aborti[illegible]

73. Sciophila.

Wibel. Flor. werth. p. 147. *Roth. Fl. ge[illegible] p.* 70. (*Majanthem.*) *G. M. Sch. Flor. d. Wett[illegible] Lxviij* (*Bifolium.*)

Cal. 0. *Cor.* 4 - fida: *laciniis* reflexis. *Bacc[illegible]* locularis.

DIGYNIA.

74. Cuscuta.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 227. *De N[illegible] el. b. n.* 647. *Borkh. tent. n.* 389.

l. 4 - fidus. *Cor.* rotata 4 - fida infera: *limbo* ι. *Stamina* longissima. *Caps.* 2 - locularis cir- issa polysperma.

66. CENTUNCULUS.

nn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 189. *De Neck. el.* 11. *Borkh. tent. n.* 373.

l. 4 - fidus persistens. *Cor.* 4 - fida infera tu- : *limbo* patente. *Stamina* brevissima. *Caps.* ularis circumscissa polysperma.

67. SANQUISORBA.

nn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 190. *De Neck. el.* 14. *Borkh. tent. n.* 370.

. . 2 - phyllus inferus. *Cor.* 4 - petala supera. inter calycem et corollam.

68. CORNUS.

m. Gen. pl. ed. Schreb. n. 194. *De Neck. el.* 1173. *Borkh. tent. n.* 143.

olucrum 4 - phyllum aut o. *Cal.* minimus 4 - us inferus. *Petala* 4 supera. *Drupa* infera ularis.

69. TRAPA.

nn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 208. *De Neck. el.* 812. *Borkh. tent. n.* 148.

4 - fidus persistens. *Cor.* 4 - petala. *Nux* 4 oppositis cincta, quae calycis folia fuere.

70. Parietaria.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1576. *De N* *el. bot. n.* 930. *Borckh. tent. n.* 36.

Cal. 4 - fidus inferus. *Cor.* 0. *Sem.* calyce gato tectum. *Flores* aliquot foeminei.

71. Alchemilla.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 222. *De Ned b. n.* 935. *Borkh. tent. n.* 605.

Cal. 1 - phyllus 8 - fidus inferus: *laciniis* alt minoribus. *Cor.* 0. *Sem.* 1 nudum.

72. Aphanes.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 223. *De N* *elem. bot. n.* 936.

Cal. tubulatus 8 - fidus: *laciniis* alternis min *Cor.* 0. *Sem.* 2 calyce vestita: *uno* saepius aborti

73. Sciophila.

Wibel. Flor. werth. p. 147. *Roth. Fl. ge* *p.* 70. *(Majanthem.) G. M. Sch. Flor. d. Wett* *Lxviij (Bifolium.)*

Cal. 0. *Cor.* 4 - fida: *laciniis* reflexis. *Bacc* locularis.

DIGYNIA.

74. Cuscuta.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 227. *De N* *el. b. n.* 647. *Borkh. tent. n.* 389.

l. 4 - 5 - fidus. *Cor.* 1 - petala subglobosa 4 - da. *Stamina* (4 - 5) brevissima. *Caps.* carnosa ɪcularis basi circumscissa. *Sem.* bina.

TETRAGYNIA.

75. POTAMOGETON.

inn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 234. *De Neck. el.* . 1668. *Borkh. tent.* 42.

l. o. *Petala* 4 decidua. *Stylus* o. *Sem.* 4 cor- acuminata gibba.

76. SAGINA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 236. *De Neck. el. bot.* ḷ. *Borckh. tent. n.* 68.

l. 4 - phyllus. *Cor.* 4 - petala. *Caps.* 4 - val- - locularis polysperma.

77. RADIOLA.

nith. Flor. britan. V. I. p. 202. *Pers. Synops. p.* 153.

l. multifidus. *Cor.* 4 - petala. *Caps.* globosa su- 8 - valvis 8 - locularis. *Sem.* solitaria.

CLAS-

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

58. GLOBULARIA, *Kugelblume*.

1) *G. vulgaris* caule simplicissimo, foliis r calibus 3 - dentatis: caulinis lanceolatis. *G* *Kugelblume, blaue Maßlieben*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 540. *Ejusd.* E p. 142. *Pers.* syn. pl. I. p. 118. *Hoffm.* Gern p. 67. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 21. *De Vest* M bot. p. 3?8.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, apricis. (In monte sus *sylvam vitihoechheimensem* non procul a ruinis cis *Ravenspurg* ante tres annos specimina tria le In monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg* secund exemplaria *a cl. D. Geist* mihi missa. In monte *belstein* prope *Gerolshofen ex trad. cl. Antecess. Hei*

Caulis digitalis, herbaceus, erectus totus, aut curvus, glaber, angulatus. *Folia* firma, nervosa, g bra, laete viridia: *radicalia* in orbem disposita, tiolata, ovata, apice emarginata sub - 3 - dentat *caulina* minora, alterna, sessilia, lanceolata, vel ceolato - oblonga. *Flores* plerumque coerulei,

ni, sessiles, capitulum terminale densum calyce mmuni polyphyllo dense imbricato suffultum formant.

59. Dipsacus, *Karte*, *Kartendistel*.

1) *D. Fullonum* foliis sessilibus serratis, paleis ncinatis. *Weber - Karte*, *Walker - Karte*, *Weberstel*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 543. *Ejusd.* Enum. p. 3. *Pers.* syn. pl. I. p. 119. *Hoffm.* Germ. I. p. 8. *hkuhr.* Handb. t. 21. *Herb. Blackw.* t. 50. *De Vest.* an. bot. p. 341.)

enn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arvis arenosis, ad vias hinc inde asi sponte. (In agris et arvis prope *Thüngen* *Aschach* raro. Copiosius prope *Königshofen in vis.*)

Caulis 4 - 5 - pedalis, rectus, glaberrimus, angusus, aculeatus. *Folia* oblonga, obtusa, glabra, inqualiter serrata costis aculeatis: *radicalia* in petiom attenuata, *caulina* connato - perfoliata. *Flores* bi aut dilute purpurei in capitulum oblongo - ovatm obtusissimum densum foliolis pluribus inaequalingis rigidis mucronatis recurvatis involucratum colcti. *Paleae* rigidae, acuminatae, aduncae.

2) *D. sylvestris* foliis sessilibus serratis, paleis ectis. *Wilde Karte*, *Wald - Kartendistel*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 544. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. . 402. *De Vest.* Man. bot. p. 342.)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

 Hab.

Hab. in hortis, ad sepes. (In Insula ve dem *Siechhauße* raro. Ad sepes infra *Veitshöch* versus *Thüngersheim* et *Retzbach.* Ad ripas *Ta* prope *Röttingen* et alibi frequens.)

Caulis 4 - 6 - pedalis, rectus, glaber, sulca rigidus, aculeatus. *Folia* opposita, connato - pe liata, glabra, ovato - lanceolata, inaequaliter se costis aculeatis: *summa* angustiora, lanceolata, i tegerrima, marginibus hinc inde aculeata. *Capit* magnum figura prioris: *floribus* dilute purpureis albis. *Involucri foliola* majora, inaequalia, inf capitulo longiora. *Paleae* rectae, lineares, seta acutae, flexiles, flores multum excedentes.

3) *D. pilosus* foliis petiolatis appendicul involucri foliolis capitulo subrotundo aequali *Behaarte Karte.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* A t. 248. *De Vest.* Man bot. l. c.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in locis subhumidis, ad fossas, *sepes.* (In *fossa oppidana* prope dem *Sanderthor* p aliquot annos sponte crescentem observavi. Ad sep hinc inde hortorum circa urbem. In *Insula* pro *Ochsenfurth* raro. In *fossa oppidana carolopoli* cum *cl. D. Geist* semel legi.)

Caulis 3 - 5 pedalis, rectus, angulatus, infer pilosus, superne aculeatus: *ramis* multis opposi *Folia* laete viridia, utrinque pilosa, costa media ac leata, opposita, ovata, acuminata, serrata. *Petiol* complanati, basi connati, et praecipue superior utrinque *auricula* instructi. *Involucri foliola* foliace pl

ia, deflexa, capitulum subrotundum aequantia.
es albi. Paleae rectae, pilosissimae, ciliatae.

60. Scabiosa, *Krätzkraut.*

Corollulis quadrifidis.

1) *Sc. arvensis* corollulis 4 - fidis radiantibus, s pinnatifidis incisis, caule hispido. *Acker - krätzkraut, Apostemkraut, Grindkraut.*

(*L.* sp pl. ed. *Willd.* I. p. 550. *Ejusd.* Enum. 145. *Pers.* syn. pl. I. p. 120. *Hoffm.* Germ. I. 59. *Schkuhr* Handb. t. 22. *Herb. Blackw.* t. 185. *Vest.* Man. bot. p. 340.)

nn. Flor. Majo - Septembri.

Hab. in pratis, arvis, et ad vias ubique.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis erectus, ramosus, teres, ctis nigricantibus pilosis hispidus. *Folia* hirsuta: *dalia* lanceolata serrata, *caulina* pinnatifida in- : *lobis* distantibus, *summa* indivisa. *Capitula* inalia, hemisphaerica, radiata *Calyx communis* lis ciliatis: *proprius* denticulis 8 - 9 brevissimis ris. *Corollulae* purpureo - coeruleae, incarnatae, dum albidae.

) *Sc. sylvatica* corollulis 4 - fidis radiantibus, : omnibus indivisis ovato - oblongis serratis, cau- spido. *Wildes Krätzkraut, breitblättriges Apo- kraut.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 551. *Ejusd.* Enum. 6. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* r. t. 362. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

nn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis. (Rarissime margines *sylvae vitihoechheimensis*, in *sylvaticis* prope *Unterleinach*, et im *Huck* prope *Klingenstein*. Etiam in monte supra *Randersacker* versus *Theilheim* semel legi.)

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, ramosus, punctis nigricantibus aut atro - purpureis pilosis undique hispidus. *Folia* opposita, ovato - oblonga, serrata, indivisa, utrinque hirsuta: *radicalia* in petiolum decurrentia, *caulina* sessilia amplexicaulia, *suprema* integerrima. *Corollulae* radiantes, aut subaequales, e purpureo - violaceae. *Capitula* mediocria, subrotunda, laxa.

3) *Sc. succisa* corollulis 4 - fidis aequalibus, caule simplici: ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis, capitulis subglobosis. *Abgebissnes Krätzkr. Teufels - Abbiß.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 548. *Ejusdem* Enum. p. 144. *Pers.* syn. pl. p. 119. *Hoffm.* Germ. p. 68. *Herb. Blackw.* t. 142. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Knorr.* thesaur. I. t. T. 7.)

Succisa pratensis Moench. Meth. p. 489.

Perenn. Flor. Augusto - Octobri.

Hab. in sylvaticis subhumidis, et umbrosis ubique.

Radix praemorsa. *Caulis* 1 - 2 - pedalis, erectus, teres, glaberrimus, inferne simplex, superne in ramos aliquot oppositos minime divaricatos divisus. *Folia radicalia* in orbem digesta petiolata ovata integerrima, *caulina* opposita subsessilia lanceolata integra, quandoque denticulata, *suprema* lineari - lanceo-

solata integerrima. *Capitulum* subrotundum, densum, antrorsum nutans. *Corollulae* violaceo - coeruleae.

Corollulis quinquefidis.

4) *Sc. columbaria* corollulis 5 - fidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis lyratisque crenatis, caulinis pinnatis linearibus. *Tauben - Krätzkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 552. *Ejusd.* Enum. p. 146. *Pers.* syn. pl. p. 120. *Hoffm.* Germ. p. 69. *De Vest.* Man. bot. p. 341.)

Succisa columbaria Moench. Meth. l. c.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in montibus, et ad colles fere ubique.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus, ramosus, teres, glaber, inferne quandoque villosus. *Folia radicalia* in petiolum decurrentia ovata s. lyrata crenata utrinque pilosa, *caulina* sessilia pilosa pinnata: *foliolis* linearibus angustissimis, fere setaceis; *laciniis* distantibus, *suprema* linearia, integerrima. *Capitula* terminalia, hemisphaerica, densa, erecta: *floribus* violaceo - coeruleis aut pallide purpurascentibus, maxime radiantibus.

Varietas foliis omnibus pinnatifidis, *caulinis* bipinnatis: *pinnis* pinnatifidis, *summis* pinnatis linearibus in pratis siccis, inque collibus herbidis passim occurrit. *Scab. germanica Wolff. M. D.* ?

5) *Sc. ochroleuca* corollulis 5 - fidis radiantibus, foliis linearibus pinnatis: radicalibus bipinnatis. *Blaßgelbes Krätzkraut.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 559. *Ejusd.* En[illegible] p. 148. *Pers.* syn. pl. p. 121. *Hoffm.* Germ. I[illegible] *Jacq.* Austr. t. 439. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in siccis montanis, in collibus [illegible]*bidis.* (In *monte dürrbacensi* prope dem *Schalk*[illegible]*schloße* et versus *Veitshöchheim.* In monte *Nic*[illegible] prope *Capellam*, in collibus siccis juxta *syl*[illegible] *Waldskugel*, et prope *Giebelstadt*. In montibus p[illegible]pe *Randersacker*, *Eivelstadt*, *Karlstadt*, et alibi n[illegible] adeo infrequens.

A praecedente, cui maxime affinis, florum pr[illegible]cipue colore constantissime flavescente - albido d[illegible]fert.

Per plurimos annos in horto nostro botanico cu[illegible] eandem semper retulit faciem.

61. SHERARDIA, *Sherardie.*

1) *Sh. arvensis* foliis omnibus verticillatis, fl[illegible]ribus terminalibus. *Acker - Sherardie*, *Sternkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 574. *Ejusd.* Enum. p. 15[illegible] *Pers.* syn. pl. I. p. 124. *Hoffm.* Germ. I. p. 7[illegible] *Schkuhr.* Handb. t. 22. *De Vest.* Man. bot. p. 351.)

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in arvis requietis, inter segetes, in vineis. (In agris, in arvis et inter segetes auf den *Galgen* - und *Krainberge*, apud *Geldersheim*, *Bergheim*, *Dettelbach*, *Mühlhaußen*, *Versbach*, *Remlingen*, *Homburg*, *Frickenhaußen* alibique passim.)

Caulis digitalis, palmaris, plerumque decum[illegible] aut erectiusculus, tetragonus, scaber, ramosus,

mplex. *Folia* sessilia, ovato - lanceolata, mucrona-
ι, aspera, laete viridia, verticillata: *inferiora* sae-
issime quaterna, *superiora* sena, quina, aut septena.
lores violaceo - coerulei, interdum carnei, sessiles,
erminales, fasciculato - umbellati, supremo foliorum
erticillo involucrati.

62. Asperula, *Waldmeister*, *Mejerich.*

1) *A. odorata* foliis octonis lanceolatis, florum
isciculis pedunculatis, fructu hispido. *Wohlriechen-*
er Waldm., *Sternleberkraut*, *Majenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 575. *Ejusd.* Enum. p. 150.
ers. syn. pl. I p. 124. *Hoffm.* Germ. I. p. 70.
chkuhr. Handb. t. 23. *Herb. Blackw.* t. 60. *De Vest.*
Ian. bot. p. 350.)

alium odoratum *Scopol.* Carn. I. p. 105.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis, et nemoribus humidis
ibique.

Radix repens. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis,
rectus, tetragonus, glaber, simplicissimus. *Folia*
essilia, lanceolata, integerrima, glabra, marginibus
cabra, ad quodvis geniculum 8 aut 7 - 9 verticillata.
lores albi, odorati, pedunculati, in *corymbo* termi-
ıali ramoso 3 - fido fasciculato. *Fructus* pilis unci-
ıatis hispidus.

2) *A. arvensis* foliis senis lineari - lanceolatis,
lorum fasciculis sessilibus, bracteis ciliatis minutis,
ructu glabro. *Acker - Waldm.*, *blaues Ackerstern-*
raut.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 576. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)
Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in arvis, inter segetes. (Inter seg... et in agris requietis auf dem *Galgen* - und *Krain...* prope *Müh.haußen*, *Rimpar*, *Arnstein*, *Veitshöchh...* *Retzbach*, *Stetten ad Werram*, *Remlingen*, *Ho...* et alibi.)

Radix fibrosa. *Caulis* palmaris, pedalis, erect... tetragonus, dichotomus, plus minusve scaber. *F...* ad caulis genicula 6 - 8 verticillata, sessilia, linea... lanceolata, margine revoluta, supra glabra, sub... scabra. *Flores* violaceo - coerulei, parvi, sess... terminales, dense fasciculati: *bracteis* pluribus l... ceolatis ciliatis cincti. *Fructus* glaber.

3) *A. tinctoria* foliis linearibus: inferiori... senis, intermediis quaternis, caule flaccido, coro... plerisque 3 - fidis, fructu glabriusculo. *Färbe...* *Waldmeister.*

(*Linn.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 578. *Ejusd.* En... p. 151. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *... Vest.* Man. bot. p. 351.)
Galium tinctorium Scopol. Carn. p. 101.
Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis montosis, in saxe... asperis, et apricis. (In monte versus dem ... *ster Unterzell* rarissime. In monte *Kalbenstein* pr... *Karlenburg*, et in monte *Vogelsburg* non procul *oppidulo Volkach* aliquoties legi. Crescit etiam pr... dem Zabelstein *sec. cl. antecess. Heilm.* et in ... prope *Schleichach.*)

Radix sublignosa, ramosa, repens. *Caulis* pal... ris, 1 - 2 - pedalis, debilis, erectiusculus vel de...

ns, obsolete tetragonus, striatus, glaber, inferne ıbriusculus, ad genicula tumidus, ramosus: *ramis* :cidis. *Folia* sessilia, linearia, angusta, glabra, sicca convoluta: *inferiora* sena, *intermedia* quaterna, *prema* et *ramea* bina opposita. *Bracteae* oppositae, ıceolatae pedunculis breviores. *Flores* in corymbis rminalibus, fasciculatis, multifloris. *Corollae* albie, saepissime 3 - fidae, 3 - andrae. *Fructus* glariusculus.

4) *A. cynanchica* foliis quaternis linearibus: ıperioribus oppositis, floribus corymboso - paniculıtis, corollis 4 - fidis, fructu scabriusculo. *Hügel - Valumeister.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 579. *Ejusd.* Enum. l. c *'ers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Ian. bot. l. c.)

'alium cynanchicum Scopol. Carn. l. c.

'erenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis, ad colles, in saxosis, t arenosis ubique.

Radix repens. *Caules* plures digitales, palmares, amosissimi, dichotomi, quadranguli, scabri, debies, decumbentes: *apicibus* erectis. *Folia* opposita, inearia, apicem versus paulo latiora, inaequalia, labra, marginibus scabra: *inferiora* recurva quaterıa, *suprema* bina. *Bracteae* minimae, lineari - setaeae. *Pedunculi* 3 - fidi, 3 - flori. *Corollae* 4 fidae, ıurpurascentes aut albidae, extus pubescentes. *Fructus* glabriusculus vel parum scaber.

63. Galium, *Labkraut.*

Fructu glabro.

1) *G. palustre* foliis quaternis inaequalibus [illegible] vatis planis scabris, caulibus diffusis superne ra[illegible] sissimis. *Sumpf - Labkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 585. *Ejusd.* Enum. p. [illegible] *Pers.* syn. pl. I. p. 125. *Hoffm.* Germ. I. p. 71. *Vest.* Man. bot. p. 346.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad ripas, in fossis, et palud[illegible] *passim.*

Caules 1 - 4 pedales, ramosissimi, diffusi, [illegible] cumbentes, demum erectiusculi, tetragoni, [illegible] *Folia* quaterna, inaequalia, patentia, recurva, [illegible] vata, plana, scabra. *Flores* candidi in paniculis [illegible] rymbosis 3 - fidis laxis: *pedunculis* 3 - fidis. *Fr*[illegible] laevis.

Var. foliis quinis et senis.

2) *G. uliginosum* foliis senis lanceolatis ret[illegible] sum serrato - aculeatis mucronatis eanleque rig[illegible] corollis fructu majoribus. *Morast - Labkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 595. *Ejusd.* Enum. p. [illegible] *Pers.* syn. pl. p. 126. *Hoffm.* Germ. l. c. *De* [illegible] Man. bot. p. 348.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis uliginosis, ad fossas, [illegible] *ripas.*

Caules digitales, palmares, erecti vel decli[illegible] tetragoni, retrorsum aculeati, ramosi, ge[illegible] basi saepe repentes, et radicantes. *Folia*

...lata, mucronata, glauco - viridia, basi retrorsum, ...cem versus antrorsum setulis minimis scabra. ...res albidi, interdum rubicundi in corymbis termi...libus: *pedunculis* brevibus 3 - fidis. *Fructus* per ...tem punctis elevatis scaber.

β) *G. scabrum* foliis suboctonis linearibus sca... mucronatis, caule subtetragono adscendente basi ...oso. *Scharfes Labkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 590. *Ejusd.* Enum. p. 152. ...*fm.* Germ. I. p. 72. *Jacq.* austr. t. 422. *De Vest.* ...n. bot. p. 346.)

...nn. *Flor. Jun. Julio.*

Hab. in nemorosis montosis. (Prope *Vers-*... versus *Rimpar*, et im *Taenn* versus *Dürrbach*, ...*lhaußen*, *Majnbrunn.* In *monte zellensi* infra *Un-*...*ll*, in montibus *Soden* - et *Reißenberg.* Auf dem ...*wann* prope *Haßfurth.* In monte *Adelsberg* pro... *Gemünden.* In siccis sylvae *Klaushügel* versus ...*erhaußen* alibique haud frequens.)

Caulis palmaris, pedalis, adscendens, basi atte...tus, hispidus atque ramosus, superne scaber di...cato - ramosus: *ramis* rigidulis. *Folia* linearia, ...ata, mucronata, 7 - 9, *inferiora* hispido - scabra, ...*iora* scabriuscula. *Pedunculi* subtrichotomi. ... albi, odorati. *Corollae* patentissimae: *laciniis* ...eolatis acuminatis. *Fructus* glaber.

...) *G. glaucum* caule tereti stricto, foliis octo-...ubtus canaliculatis, ramis pedunculisque tricho-...is. *Graues Labkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 593. *Ejusd.* Enum. p. 153. ... syn. pl. p. 127. *Hoffm.* Germ. p. 73. *Jacquin* ... t. 81. *De Vest.* Man. bot. p. 347.)

G.

G. campanulatum Villars Delph. 2. p. 326. *Wibel.* Werth. p. 131.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in montosis, saxosis, ad [illegible] (Ad muros et ad vias versus *Veitshöchheim* satis [illegible] quens. In muris et in saxosis inter vineas *des* [illegible] *berges.* Ad muros et ad vias der *Stein - W*[illegible] prope *Karlstadt*, in monte arcis *Karlsburg* [illegible] et in monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg.*)

e 6 - 8 9 - florae: *floribus* exiguis luteis sub-
. *Involucella* 3 - 4 - 5 - phylla: *foliolis* el-
ntegerrimis acutis.

falcatum involucro sub - 5 - phyllo, in-
5 - phyllis acutis, foliis lanceolatis falcatis.
striges Haasenohr.

, pl. ed. *Willd.* p. 1372. *Ejusd.* Enum. p. 301.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, subflexuosus, ramosus, rigidiusculus, teres, substriatus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, linearia, acuta, subfalcata, rigidula, integerrima, glabra, nervosa: *radicalia* latiora obovata, in petiolum decurrentia. *Umbellae* terminales, multifidae: *floribus* exiguis, flavis. *Involucrum* nullum aut 2 - 5 - phyllum: *foliolis* brevibus inaequalibus lineari - lanceolatis. *Involucellum* 5 - phyllum *foliolis* aequalibus lanceolatis concavis.

3) *B. longifolium* involucro sub - 5 phyllo, involucellis 5 - phyllis ovatis, foliis ovatis amplexicaulibus. *Langblättriges Haasenohr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 30 *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De la* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis, siccis. (Ad vineas im *Teufelskeller*, ad montem *Kalkenstein* prope *Karlenberg*, in monte *Hohwann* prope *Haßfurth* et in monte *Reißenberg* prope *Sachsenheim* perraro.)

Caulis sesqui - 2 - pedalis, erectus, teres, obsolete striatus, parum ramosus, glaberrimus. *Folia* integerrima, glabra, venosa: *radicalia* et *caulina* inferiora ovato - lanceolata in petiolum decurrentia, superiora breviora angustiora cordato - lanceolata sessilia, amplexicaulia. *Umbellae* terminales, multiflorae. *Flores* pedicellati lutei. *Involucrum* foliolis 3 - 5 obovatis obtusis, *involucellum* foliolis 5 ovatis, acuminatis, flosculis aequalibus.

127. Tordylium, *Zirmet, Drehkraut.*

1) *T. maximum* umbellis confertis, foliolis lanceolatis inciso - serratis. *Großer Zirm.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1382. *Pers.* syn. pl. p. 314. *Hoffm.* Germ. I. p. 128. *Jacquin.* Austr. 142.)

mealis maxima De Vest. Man. bot. p. 492.

Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis. (Inter rudera arcis *Karls-* et prope eam passim.)

Caulis 3 - pedalis et altior, erectus, sulcatus, di-tomus, hispidus. *Folia* scabra pinnata: *radicalia* olis ovato - oblongis lobatis crenatis, *caulina* fo-lis elongatis, omnibus fere lanceolatis serrato - in-is. *Umbellae* terminales et laterales, oppositifo-: *pedunculis* longis asperis. *Involucra* et *involucel-* oliolis linearibus subulatis. *Flores* radiati, albi.

Plantam hanc praeter locum natalem indicatum, cum *cl. D. Geist* saepissime eam legi, ante plu-annos etiam ad sepes vinearum *im Pfaffenberg* nte crescentem per longum tempus observavi. no praeterito autem frustra eam ibi quaesivi.

128. CAUCALIS, *Haftdolde.*

1) *C. grandiflora* involucris singulis 5 - phyl-foliolo unico duplo majore, petalis exterioribus imis. *Großblüthige Haftd.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1383. *Ejusd.* Enum. 302. *Pers.* syn. pl. I. p. 306. *Hoffm.* Germ. I. 29. *Jacq.* Austr. t. 54. *De Vest.* Man. bot. p. 493.)

Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes et ad vias siccissimas. er segetes prope *Estenfeld*, *Mühlhaußen*, *Poppen-* len, *Thüngersheim* et *Retzbach.* In via inter

Randersacker et *Theilheim*, in agris requietis pr *Oberpleichfeld* copiose, alibique.)

Caulis palmaris, erectus, teres, sulcatus, gla ramosus: *ramis* diffusis. *Folia* tripinnata, basi v nantia, glabra, subtus subhirsuta. *Umbellae* mag planae, 2 - 3 - 6 - radiatae: *pedunculis* glabris st tis. *Involucra* et *involucella* plerumque 5 - phylla midiata: *foliolis* lanceolatis mucronatis inaequali margine albis. *Involucrum* saepe nullum. *Peta exterius* corollarum radii maximum, profunde bip tum, niveum. *Flores* disci exigui, aequales, saep sime steriles. *Semina* magna, ovata, sulcato - str ta, aculeis rigidis confertis praedita.

2) C. *latifolia* umbellis 3 - fidis, umbellulis 5- spermis, foliis pinnatis serratis. *Breitblättrige* Ha-*dolde*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1384. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* bot. t. 128. *De Vest.* Man. bot. p. 494.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, in cultis. (Ad hortu extra urbem, in vineis versus dem *Galgenberg*, i monte *Kreinberg* ad vias, inter segetes versus *Eis-stadt, Veitshöchheim, Rimpar, Oberdürrbach* et alibi.)

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, ramis pe-dunculisque angulatus striatus setulosus scaber. *Fo-lia* impari - pinnata: *petiolis* membranaceis striatis scabris amplexicaulibus. *Foliola* lanceolata, inciso-serrata, hirta. *Umbellae* 2 - 5 - radiatae, terminales et axillares oppositifoliae. *Involucrum* 2 - 3 - 4 phyl-lum: *foliolis* ovatis acuminatis margine membrana-ceis. *Involucellum* sub - 5 - phyllum: *foliolis* angu-stis

tuis albidis longitudine fere flosculorum. *Flo-*
lii fertiles, disci minores masculi steriles. *Co-*
rubellae aut albidae. *Semina* ovata setis pur-
retrorsum scabris obsessa.

C. *daucoides* umbellis 3 - fidis, umbellulis
mis, involucro subnullo, involucello 3 - phyl-
lis tripinnatis. *Möhrenartige Haftd.*

sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c.
yn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.*
ot. l. c. *Jacq. Austr.* t. 157.)

Flor. Majo — Julio.

b. in agris, in vineis, ad vias. (In hor-
vineis prope urbem hinc inde frequens. In
ellensi. In agris prope *Estenfeld, Bergtheim,*
heim, Rimpar alibique.)

lis palmaris, erectus, flexuosus, angulatus ra-
divaricatis patentibus setuloso - hirsutus. *Fo-*
pinnata, glabra, basi costisque pilis rigidis
pellucidis obsessis. *Foliola* linearia, acutius-
profunde et tenuissime incisa. *Umbellae* lon-
dunculatae, terminales, 3 - 5 - radiatae. *Um-*
floribus plerumque 5 sessilibus parvis rubi-
aut albidis, tribus modo fertilibus. *Involu-*
aducum, in planta juniore monophyllum, in
jus loco congeries pilorum. *Involucella* dimi-
anceolato - linearia, ciliata, persistentia. *Se-*
ato - oblonga, dorso gibba, setis reduncis ri-
tidis muricata.

C. *leptophylla* umbella 2 - fida, involucro
o, involucellis 5 - phyllis. *Kleinblättrige*
de.

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1386. *Ejusd.* Enum. p. 3?? *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Ve* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 61.)

Ann. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in hortis, inter segetes. (Inter sepes, ad hortos extra urbem passim, in agris pr *Arnstein*, *Karlstadt*, *Bätthardt* et alibi.)

A praecedente, cui simillima, differt: *caule* ?missiore, *foliis*, *petiolis*, *pedunculisque* undique pi? rigidis obsessis, *umbellis* utplurimum 2 - fidis, *involucellis* 5 - phyllis, *corollis* minoribus, *fructibus* dupl minoribus hispidis *setis* confertioribus subuncinatis praeditis.

5) *C. stricta* umbellis confertis multifidis, involucris polyphyllis, foliis bipinnatis, ramis erectiusculis. *Steife Haftd.*

C. Anthriscus L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 138? *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. I. p. 130. *De Vest.* Man. bot. p. 493. *Roth.* Germ. I. p. 120. II. p. 309.

Tordylium Anthriscus Linn. *Jacq.* Austr. t. 261.

Torilis Gärtn.

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderatis, ad sepes, ad vias ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, rubelle striatus, pilis retroflexis scaber: *ramis* alternis erectis. *Folia* magna, pilosa, scabra, maculis purpureis saepe adspersa, bipinnata: *foliolis* pinnatifidis inciso-serratis lanceolato - ovatis. *Umbellae* confertae, longe pedunculatae, planae, plerumque 6 - radiatae, ter-

erminales: *floribus* ex albido rubellis, *intermediis* pleumque sterilibus. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* ıbulatis umbellae adpressis. *Involucella* dimidiata olyphylla subulata inaequalia. *Semina* setis rigidis ubellis uncinatis hispida.

6) *C. divaricata* caule ramosissimo, involucro ubnullo, seminibus ovatis, stylis reflexis, foliis decompositis: foliolo extimo lineari - lanceolato. *Sparige Haftdolde.*

C. arvensis L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1387. *Pers.* yn. pl. I. p. 306. *De Vest.* Man. bot. p. 494.

C. helvetica Murr. system. veget. p. 276. *Jacq.* ort. vind. 3. p. 12. t. 16.

Torilis divaricata Moench. Meth. supplem. p. 34. *Wib.* Werth. p. 193.

T. helvetica Gmel. Flor. bad. I. p. 617.

Ann. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (Inter segetes et stipulas irca urbem hinc inde, prope *Rimpar, Lengfeld, Detelbach, Homburg, Neubrunn* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis, subdecumbens, striatus, culeolis scaber, ramosissimus: *ramis* rigidis divariatis. *Folia* tripinnata, scabra, tenuissime divisa: *laciniis* foliorum superiorum extimis maxime elongatis. *Umbellae* parvae, longe pedunculatae, 8 - 10 - radiaae: *floribus* albidis, *intermediis* plerumque masculis terilibus. *Fructus* oblongi, exsulci, setulis nigris amosis asperis undique obsessi.

129. Daucus, *Möhre, Mohrrübe.*

1) *D. Carota* involucro pinnatifido. *Gelbe Möhe, gelbe Rübe, Vogelnest.*

(L.

(*L*. sp. pl. ed. *Willd*. I. p. 1389. *Ejusd*. E
p. 304. *Pers*. syn. pl. I. p. 306. *Hoffm*. Gem
p. 130. *Herb*. *Blackw*. t 546.)

Caucalis Carota Roth. Germ. I. p. 119. II. p
De Vest. Man. bot. p. 493.

Bienn. *Flor*. *Junio*. — *Augusto*.

Hab. in pratis, in collibus et ad vias
que frequens. (Colitur praeterea cum pluribus
riationibus in hortis et agris.)

Radix fusiformis, lutescens s. albida, aromatica
dulcis, in cultis major ac magis succulenta. *Caulis*
erectus, striatus, hispidus, dichotomus. *Folia* bi
pinnata, villosa, laciniata: *pinnis* supremis linear
lanceolatis. *Petioli* subtus nervosi. *Umbellae* term
nales, densissimae, multiradiatae, planae aut conv
xae, post anthesin nidi avis adinstar contractae. *Flo*
res albi: *petalis* bifidis. *Flosculus* centralis saepe st
rilis carnosus purpureus. *Involucra* et *involucella* p
lyphylla, plerumque pinnatifida.

130. Conium, *Schierling*.

1) *C. maculatum* caule ramosissimo nitido
culato, foliis supradecompositis. *Gefleckter Schier*
Blutschierling.

(*L*. sp. pl. ed. *Willd*. I. p. 1395. *Ejusd*. E
p. 305. *Pers*. syn. pl. I. p. 308. *Hoffm*. Gen
p. 131. *Jacq*. Austr. t. 156. *Schkuhr*. bot. H
t. 62. *Herb*. *Blackw*. t. 451 et 573.)

Coriandrum maculatum Roth. Germ. I. p.
II. p. 348.

Sium Conium De Vest. Man. bot. p. 513.

Bienn. *Flor*. *Jul*. *Augusto*.

I.

Hab. in hortis, ad sepes, pagos et in ruderatis passim frequens.

Planta venenata narcotica odore foetido murino, et sapore nauseoso. *Radix* fusiformis, simplex aut divisa, alba, rugosa. *Caulis* 2 - 5 - pedalis, solo pinguiori ad humanam altitudinem accedens, erectus, strictus, fistulosus, teres, sulcatus, glaber, nitidus, purpureo - maculatus, ramosissimus. *Folia*, radicalia praecipue, praemagna, patentia, glabra, nitida, saturate viridia, subtus pallidiora, supradecomposita: *caulina* alterna minora tripinnata: *pinnis* oppositis, *foliolis* subpinnatifidis lanceolatis inciso - serratis, *extremis* confluentibus. *Petioli* subteretes, fistulosi, glabri, striati, plerumque maculati, basi vaginati. *Umbellae* terminales, planiusculae, multiflorae, multiradiatae. *Umbellulae* consimiles: *floribus* albis, *omnibus* fertilibus. *Involucrum* 3 - 4 - 7 - phyllum: *foliolis* latioribus ovato - lanceolatis acuminatis inaequalibus reflexis basi coalitis. *Involucella* dimidiata, 3 - 4 - phylla, basi coalita. *Petala* cordata inflexa subaequalia. *Semina* matura fuscescentia, striato - crenulata.

131. SELINUM, *Silge.*

1) *S. palustre* sublactescens, caule sulcato solitario, foliis quadruplicato - pinnatis: pinnulis pinnatifidis, involucro polyphyllo: foliolis margine membranaceis, stylis post anthesin divaricatis. *Sumpf - Silge, wilder Bertram.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1397. *Ejusd.* Enum. p. 305. *Pers.* syn. pl. I. p. 309. *Hoffm.* Germ. I. p. 132. *Jacq.* Austr. t. 152. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 63.)

Perenn. bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab.

Hab. in paludosis, ad ripas, ad lacus
(In fossa oppidana hinc inde, ad ripas Moeni pr.
Karlstadt, Gemünden, Haßfurth. Ad lacum v.
Karlstadt, in uliginosis prope *Heidenfeld, Ochsenf.*
alibique rarius.)

Radix subfusiformis, simplex aut parum ram.
valida, longa, extus fusco - flavicans, intus alb.
vere praecipue, uti caulis et folia, succo lacteo t.
ci amarissimo repleta. *Caulis* 2 - 3 - 4 - pedalis, e.
tus, superne ramosus, teres, sulcatus, fistulos.
glaber, inferne plerumque rubicundus. *Folia* mag.
glabra, quadruplicato - pinnata: *foliolis* oppositis.
mipinnatis linearibus apicibus plerumque purp.
scentibus: *summa* minora sessilia. *Petioli* lati, str.
ti, vaginati, marginibus apicibusque rubelli. *Umbel-*
lae terminales, magnae, planae, multiradiatae: *flos-*
culis albis aut subrubellis, *omnibus* fertilibus. *Involu-*
crum 8 - 10 - phyllum: *foliolis* lanceolatis refl.
margine membranaceis. *Involucella* consimilia: *folio-*
lis exterioribus coeteris plerumque paulo longiori.

2) *S. carvifolium* caule sulcato acutangul.
foliis tripinnatis: foliolis lanceolatis trifidis simplic.
busque apice calloso - mucronulatis, involucro cad.
co, pistilis fructus reflexis. *Kümmelblättrige Sil.*
Pferdkümmel.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1398. *Ejusd.* Enu.
p. 306. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Ja.*
Austr. t. 16. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. t. 3. *De Ve.*
Man. bot. p. 499.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis et nemorosis humidis, a.
fossas, lacus et ripas fere ubique.

. *Radix* subfusiformis, magis minusve crassa, fusca, perne ramosa. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, pam ramosus, glaber, sulcatus, angulis acutis alatus. *ia* alterna, glabra, laete viridia, tripinnata: *pin-* ovato - lanceolatis' simplicibus marginibus albidis ciliatis apice mucronatis, *impari* 2 - 3 - fido. *Pe-* sulcati, basi membranacei, e vagina brevi orien- . *Umbellae* terminales, planae, multiradiatae, connes, versus maturationem seminum plerumque avexae. *Involucrum* polyphyllum maxime deciduum. *olucella* foliolis 9 - 12 brevibus, gracilibus, subulis, persistentibus. *Flores* omnes fertiles, albi, an explicationem dilute rubelli.

3) *S. Cervaria* caule striato ramoso, foliis ducato - pinnatis: foliolis cordato - ovatis subtrilobis ciso - serratis: serraturis mucronatis, seminibus longis. *Hirsch - Silge*, *Hirschwurz*, *große Bergtersilie.*

(*Pers.* syn. pl. p. 309. *De Vest.* Man. bot. p. 499. *opol.* Carniol. I. p. 201. *Roth.* Germ. I. p. 132. II. 354.)

thamanta Cervaria L. sp. pl. ed. *Willd.* I. 1401. *Hoffm.* Germ. I. p. 133. *Jacq.* Austr. t. 69.

ervaria nigra Borck. G. M. Sch. Fl der Wetter. p. 388.

erenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis, et collibus ricis fere ubique.

Radix aromatica, acris, longa, teretiuscula, cras-, extus nigra, intus alba, superne setis nigris praeta. *Caulis* 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, firmus, sulto - striatus, glaber, ramosus *Folia radicalia* nume-

merosa, *caulina* alterna, magna, rigidiuscula, gl[illegible] subtus reticulato - venosa, bipinnata: *foliolis* op[illegible] tis ovatis 2 - 3 - lobatis simplicibusque argute [illegible] tis mucronatis. *Petioli* foliorum radicalium p[illegible] gi, caulinorum breves vaginati. *Umbellae* te[illegible] les, magnae, planiusculae, multiradiatae. *U[illegible] lae* distinctae, multiflorae. *Petala* alba, subaeq[illegible] ante explicationem rubella. *Involucra involucel[illegible]* polyphylla: *foliolis* lanceolatis deflexis.

4) *S. Oreoselinum* caule striato dichotomo, [illegible] liis tripinnatis: foliolis ovato - acutis inciso - ser[illegible] divaricatis *Petersilienartige Silge, kleine Bergp[illegible] lie, Berghirschwurz, Grundheil, Augenwurz.*

(*Pers.* syn. pl. I. c. *De Vest.* Man. bot. p. [illegible] *Scopol.* Carn. I. p 201. *Roth.* Germ. I. p. 13[illegible] II. p. 355. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 64.)

Athamanta Oreoselinum L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1403. *Ejusd.* Enum. p. 307. *Hoffm.* Germ. I. p. 133. *Jacq.* Austr. *G. M. Sch.* Flor. der Wett. I. p. 376.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis montosis, in collib[illegible] arenosis apricis fere ubique.

Radix subfusiformis, prima aetate magis simplex, dein ramosa, teretiuscula, extus luteo - fusca, intus alba, superne setis fuscis coronata, vere imprimis succum lacteum tenacem amarum siccitate in massam resinosam fuscam pellucidam transeuntem continet. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, striatus, glaber, viridis aut ex rubello viridis, superne dichotomus. *Folia* alterna, vaginantia, rigidiuscula, glabra, divaricata, sursum et retrorsum flexa, quasi refracta,

...ecta, tripinnata: *foliolis* lanceolatis subtrifidis in... ...iis mucronibus cartilagineis albidis. *Umbellae* ter... ...nales, amplae, planiusculae, multiradiatae. *Um-bellulae* convexae, multiflorae. *Involucra* et *involucel-...* polyphylla: *foliolis* reflexis lanceolatis plerumque ...tegris, raro apicem versus incisis. *Petala* subae... ...ualia, alba.

132. ATHAMANTA, *Hirschwurz.*

1) *A. Libanotis* foliis bipinnatis planis: folio...s ovatis incisis, imis decussatis. *Weiße Hirsch-wurz, Weihrauchwurz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1400. *Ejusd.* Enum. ... 307. *Pers.* syn. pl. I. p. 310. *Hoffm.* Germ. I. ... 132. *Jacq.* Austr. t. 392. *De Vest.* Man. bot. ... 491.)

Libanotis Riviniana Scopol. Carn. I. p. 193.

L. Athamantina Borck. G. M. Sch. Flor. der Wet-...er. I. p. 427.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis siccis. (Copiose in monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg.* In montibus *Kalmut* et *Hohwann* prope *Haßfurth* rarius. In saxosis prope *Sulzthal* hinc inde.)

Radix subfusiformis, longa, lignosa, aromatica, acris, amara, superne setis longis nigricantibus persistentibus praedita. *Caulis* pedalis, 2 - pedalis, erectus, glabriusculus, angulatus, sulcato - striatus, simpliciusculus aut ramosus. *Folia* supra glabra, subtus pallida, villosiusculа, bipinnata: *pinnis* cuneiformibus pinnatifidis subconfluentibus, *pinnulis* in formam crucis quasi decussatis: *posterioribus* longioribus.

Pe-

Petioli subcompressi, sulcato - striati, basi mem-nacei vaginati. *Umbellae* terminales, densae, m-florae, hemisphaericae. *Involucra* polyphylla: *f*-subulatis albide canescentibus. *Involucella* con-*Petala* subaequalia, sordide alba. *Fructus* villo-

133. PEUCEDANUM, *Haarstrang.*

1) *P. officinale* foliis quinquies tripartitis: liolis linearibus longissimis indivisis. *Gemeiner H-strang, Saufenchel, Schwefelwurz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1405. *Ejusd.* E-p. 308. *Pers.* syn. pl. I. p. 310. *Hoffm.* Germ. p. 133. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 63.)

Selinum officinale De Vest. Man. bot. p. 49-

S. Peucedanum Roth. Germ. I. p. 133. II. p. 3-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis, nemorosis. (Ad marg-ejus *sylvae vitihoechheimensis* partis, quam *Edel-holz* vocant, raro. Frequentius ad margines -ris supra vineas prope *Gerbrunn.* Hinc inde im *H-* prope *Karlstadt* et ad *sylvam stettensem.* In m-*Hohwann* prope *Haßfurth*, *im Huck* prope *Kli-stein*, et in nemorosis montosis prope *Rötting-*bique rarius.)

Radix longa crassaque, cylindrica, extus -cans, intus lutescens succo lacteo resinoso rep-*Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber, -tus, geniculatus, ramosus, et, uti tota planta, -viridis. *Folia* ampla, rigidiuscula, glaberrima, q-quies tripartita: *foliolis* angustis linearibus planis -tegerrimis mucronulatis; *radicalia* copiosa, *cauli-*terna. *Umbellae* terminales, magnae, multiradiat-

·*imaria* praecipue caulem terminans speciosa ac bre-.us pedunculata. *Radii exteriores* interioribus multo ngiores. *Involucrum* foliolis 3 - 4 brevibus angu-issimis setaceis maxime caducis. *Involucella* brevio-ι, polyphylla, persistentia. *Petala* parva, flava, ıflexa, apicibus denticulis 2 - 3 instructa.

2) *P. Silaus* foliolis pinnatifidis: laciniis oppo-.tis decurrentibus, involucro sub - 2 - phyllo. *Wie-m - Haarstr. Silau.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1406. *Ejusd.* Enum. p. 309. *ers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. ab. 15.)

ium Silaus Roth. Germ. I. p. 129. II. p. 340. *G. V. Sch.* Flor der Wetter. I. p. 411. *Moench* Meth.). 89.

rithmum Silaus Wibel. Werth. p. 197.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis humidiusculis, in pomariis, t ad ripas fere ubique.

Radix longa, fusiformis, crassiuscula, fibrosa, ex-us fusco - lutea, intus albida. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, rectus, ramosus, striatus, glaber, superne sulcatus. *Folia* nitida, glabra, atro - viridia, tripinnata: *folio-is* pinnatifidis lanceolatis incisis acutis mucronatis de-urrentibus. *Petioli* vaginantes, membranacei, stria-i, glabri. *Umbellae* terminales, multiradiatae, inae-uales: *umbellulis* exterioribus elongatis. *Involucrum* - 3 - phyllum, plerumque nullum. *Involucella* po-yphylla: *foliolis* angustis, subulatis, apice plerum-ue rubellis, umbellulis brevioribus. *Corollae* exi-uae, aequales, pallide flavae.

134. LASERPITIUM, *Laserkraut.*

1) *L. latifolium* foliolis oblique cordatis de tis, dentibus mucronatis. *Breitblättriges Laserkr* *weißer Enzian.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1414. *Ejusd.* En p. 310. *Pers.* syn. pl. I. p. 312. *Hoffm.* Germ p. 134. *De Vest.* Man. bot. p. 502. *Jacq.* Au t. 146. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 67. *Roth.* Germ p. 134. II. p. 361.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis nemorosis. (In monte E *wann* prope *Haßfurth, Wolff.* In nemorosis l inde prope der *Hallburg* apud *Volkach* et in m *Schwammberg*, *Heilm.* Juxta sylvam *Burgsr* prope *Röttingen* et ad *sylvam* inter *Rimbach* et *Ger* *hofen* rarissime. Passim etiam in nemorosis ad G *brunn* et in *sylva vitihöchheimensi.*)

Radix praelonga, crassa, cylindrica, divisa in ra crura, fragrans, aromatica, amara, extus fu intus alba, vere lactescens, superne setis brev obsessa. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, crassiu lus, firmus, teres, sulcatus, glaber. *Folia* am laete viridia, utrinque glabra: *radicalia* dupli pinnata, *caulina* pinnata. *Foliola* basi oblique data, ovata, apicem versus duplicato - crenata: (*tibus* remotiusculis mucronatis. *Umbellae* termina magnae, multiradiatae, convexiusculae: *radiis* i qualibus. *Umbellulae* multiflorae: *floribus* albis dilute carneis. *Involucrum* polyphyllum: *fo* lanceolatis reflexis. *Involucella* polyphylla: *fo* brevibus et angustioribus.

135. HERACLEUM, *Bärenklau.*

H. *Sphondylium* foliolis quinis oblongis pin-
dis dentatis. *Gemeiner Bärenklau, Bärwurz,*
ch, *Heilkraut.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1421. *Ejusd.* Enum.
II. *Pers.* syn. pl. I. p. 314. *Hoffm.* Germ. I.
95. *De Vest.* Man. bot. p. 497. *Schkuhr.* bot.
db. t. 67. *Jacq.* Austr. t. 173. *Herb. Blackw.*
p.)

ondylium Branca Scopol. Carniol. I. p. 204.
Method. p. 83.

Flor. Junio — Augusto.

*Hab. in pratis, nemoribus et ad sepes ubi-
frequens.*

Radix cylindrica, ramosa, extus fusco - flavicans,
albida. *Caulis* pro solo diverso natali montoso
aut humido vel riguo pedalis, 2 - pedalis aut 4 -
pedalis, magis minusve ramosus, erectus, cras-
sulcatus, articulatus, scaber, hirtus, fistulosus.
ampla, hirsuta, scabra, pinnata: *foliolis* ple-
ne quinis oblongis obtusis serratis pinnatifidis
s: *impari* majore 3 - partito: *lobo intermedio* 3 -
Vaginae foliorum praemagnae, ventricosae,
- sulcatae, hirsutae. *Umbellae* ma nae, pla-
multiradiatae, terminales, plerumque tres:
oppositis, *intermedia* longius pedunculata. *Um-*
multiflorae: *floribus* albis, rarius rubellis, in
irregularibus majoribus. *Involucra* et *involucella*
hylla: *foliolis* lanceolatis caducis.

136. Ligusticum, *Liebstöckel.*

1) *L. Levisticum* foliis multiplicibus: foli[illegible] superne incisis. *Gemeiner Liebst. Labestock.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1424. *Ejusd.* En[illegible] p. 312. *Pers.* syn. pl. I. p. 314. *Hoffm.* Germ. [illegible] p. 136. *De Vest.* Man. bot. p. 508. *Schkuhr.* [illegible] Handb. t. 68. *Herb. Blackw.* t. 275.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

*Hab. in montosis Europae australio*ri[illegible] (In hortis, ad sepes et in vineis hinc inde quasi sp[illegible]te. Ad sepes vinearum des oberen *Grombühls* p[illegible] plures annos observavi.)

Planta tota maxime aromatica, fragrans. *Radi*[illegible] crassa, fusiformis, subramosa, extus ferruginea, in[illegible]tus albida. *Caulis* 4 - 6 - pedalis, erectus, cra[illegible] teres, striatus, superne ramosus, et, ut omnes pa[illegible]tes, glaberrimus. *Folia* alterna, magna, duplicato-ternata: *foliolis* cuneiformibus, lucidis, 3 - lobis, s[illegible]perne incisis. *Folia suprema* pinnata: *foliolis* simpl[illegible]cibus aut plus minusve incisis. *Vaginae* petiolorum concavae, striatae, glabrae, amplexicaules. *Umbel*lae terminales, mediocres, convexae, densae, multi[illegible]radiatae: *flosculis* pallide luteis *Involucra* et *involu*cella polyphylla: *foliolis* latis, lanceolatis, membra[illegible]naceis, reflexis.

137. Angelica, *Engelwurz.*

1) *A. sylvestris* foliolis aequalibus ovato - lan[illegible]ceolatis serratis. *Wilde Engelw. Gemeine Angelik.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1429. *Ejusd.* Enum. p. 313. *Pers.* syn. pl. I. p. 315. *Hoffm.* Germ. I p. 137. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 68.)

Se-

...lium Angelica Roth. Germ. I. p. 133. II. ... *De Vest.* Man. bot. p. 501.
...ubescens Moench. Method. p. 80.)
...eratoria Angelica Borck. G. M. Sch. Flor. Wetter. I. p. 378.

... *bienn. Flor. Jul. Augusto.*

Hab. in sylvis, pratis sylvaticis, et ad ri... (In locis demissioribus sylvae *Waldkugel*, in ... ad sylvam *gramschatzensem*. In udis circa *Abb... feld* alibique abunde.)

Radix magna, crassa, ramosa, cylindrica, frag... aromatica, extus albido - fusca intus albida. ... 3 - 4 - pedalis, erectus, teres, crassus, fistu... laeviter striatus, glaber, ramosus, rore glau... ...ductus. *Folia* ampla, glabra, subglauca, tri...ata: *foliolis* ovato - lanceolatis aequalibus distinc... ...cute serratis, *serraturis* mucronatis; *summa* ple...que opposita, trifoliata. *Vaginae* amplae, ven...ae, membranaceae: *supremae* saepe pendulae. ...llae terminales, inaequales, hemisphaericae, ...ae, multiradiatae. *Umbellulae* densae, multiflo... *floribus* subaequalibus, ex albido - s. ex viridi - ...lis, *intermediis* plerumque sterilibus. *Involucrum* ... 2 - phyllum, saepe nullum. *Involucella* poly...la: *foliolis* inaequalibus linearibus acutis parvis ...um reflexis.

138. Sium, *Merk.*

) *S. latifolium* foliolis oblongo - lanceolatis ...aliter serratis, caule elongato sulcato angulato: *...blättriger Merk, Wassermerk.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1431. *Ejusd.* En[illegible] p. 313. *Pers.* syn. pl. I. p. 316. *Hoffm.* Germ. [illegible] p. 137. *De Vest.* Man. bot. p. 513. *Jacq.* Au[illegible] t. 66.)

Coriandrum latifolium Roth. Germ. I. p. [illegible] II. p. 349.

Cicuta latifolia Borck., G. M. Sch. Flor. [illegible] Wetter. I. p. 391.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in fossis, aquis stagnantibus, [illegible] *rivulos.* (In fossa oppidana prope dem *neu[illegible] pleichacher Thore.* Ad moeni ripas supra *Ochsenf[illegible]* prope *Kitzingen, Haßfurth* et *Wipfeld* raro. Ad [illegible] versus *Karlstadt*, circa *Abb. Heidenfeld* et alibi.)

Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, profunde sulcatus, acutangulus, fistulosus, nodoso - articulatus, glaber, inferne praecipue crassus, parum ramosus: rami erectis. *Folia* alterna, vaginantia, glabra, impari-pinnata: *foliolis* oblongo - lanceolatis vel ovato - oblongis sessilibus aequaliter et argute serratis, *immersis* saepe laciniatis. *Umbellae* terminales et axillares, solitariae, erectae, magnae, planiusculae, multiradiatae. *Umbellulae* convexae, multiflorae: *floribus* omnibus fertilibus. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lanceolatis inaequalibus reflexis. *Involucella* consimilia, sed breviora. *Petala* subaequalia, alba.

Planta non quidem venenata, sed tamen suspecta, vaccis imprimis et vitulis noxia.

2) *S. angustifolium* foliolis inciso - lobatis serratis, umbellis pedunculatis oppositifoliis, involucris pinnatifidis, caule erecto. *Schmalblättriger Merk.*

(L.

L sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c.
syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr.
De Vest. Man. bot. p. 514. *Roth.* Germ. II.
3 I. p. 127.)

Flor. Jul. Augusto.

Hab. in fossis, ad rivulos et ripas ubique.

lis basi plerumque repens et radicans, tunc
us, 1 - 2 - 3 - pedalis, teres, glaber, substria-
amosus. *Folia* glabra, impari - pinnata: *radica-*
magna, saepe pedalia, caulina alterna, *supre-*
ramea parva. *Foliola* opposita, sessilia, cor-
aut ovato - lanceolata, argute et profunde in-
liter serrata aut lobata, basi obliqua atque auri-
: *impari* plerumque trilobo. *Vaginae* breves,
e, margine membranaceae. *Umbellae* solitariae,
ales et laterales, oppositifoliae, breviter pe-
latae, erectae, convexiusculae, multiradiatae.
ulae multiflorae: *floribus* aequalibus albis. *In-*
m e foliolis 5 - 9 inaequalibus, partim simpli-
partim pinnatifidis, reflexis. *Involucella* e fo-
plerumque 5 inaequalibus, integris aut den-

S. *Falcaria* foliolis rigidis linearibus decur-
s connatis argute serratis, caule ramosissimo.
Blättriger Merk, Sichelkraut, Sichelmöhre.

sp. pl. ed. *Willd.* p. 1434. *Ejusd.* Enum. p. 314.
yn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 138. *De Vest.*
ot. p. 514. *Jacq.* Austr. t. 257.)

Falcaria Scopol. Carniol. I. p. 213.
nophyllum sioides Wib. Werth. p. 196.

Flor. Julio — Septembri.

Hab.

Hab. in agris, arvis, campis et ad vi[...] ubicunque.

Radix praelonga, sublignosa. *Caulis* pedalis, [...] quipedalis et altior, erectus firmus, teres, laevi[...] striatus, glaber, valde ramosus. *Folia* duriusc[...] glabra, glauco - viridia, pinnata: *foliolis* longis li[...] ribus subfalcatis acutis argute serratis profunde [...] 3 - fidis in petiolum decurrentibus. *Petioli* alati, i[...] ferne vaginati. *Umbellae* mediocres, terminales, [...] nae, multiradiatae. *Umbellulae* densae multiflo[...] *flosculis* parvis aequalibus albis, *omnibus* fertili[...] *Involucra* et *involucella* e *foliolis* 6 - 8 angustis lin[...] ribus acuminatis inaequalibus.

139. OENANTHE, *Rebendolde.*

1) *O. fistulosa* stolonifera, foliis caulinis pi[...] natis filiformibus fistulosis, involucro subnullo. *[...] rige Rebendolde, Wasser - Raute, Wassersteinbre[...] Tropfwurz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1440. *Ejusd.* Enu[...] p. 316. *Pers.* syn. pl. I. p. 318. *Hoffm.* Germ. p. 139. *De Vest.* Man. bot. p. 511. *Schkuhr.* [...] Handb. t. 70.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in fossis, in inundatis, ad ripas. [...] fossis prope *Himmelspforten*, *Zell* et *Thüngersh[...]* In paludosis prope *Dettelbach*, *Timmbach*, *Heid[...]* et *Haßfurth.* Ad ripas moeni et ad lacus prope *K[...] stadt*, *Gemünden*, *Kitzingen*, *Ochsenfurth* et alibi [...] infrequens.)

Radix stolonibus longis geniculatis repent[...] *Caulis* sesqui - 2 - pedalis, erectus, infirmus, [...]

ue procumbens, teres, glaberrimus, striatus, mus, fistulosus, subinflatus. *Folia radicalia* bi- ita: *foliolis* planis cuneatis lobatis, *caulina* pin- *foliolis* angustis linearibus simplicibus 2 - 3 - re fistulosis. *Petioli* inflati, fistulosi, inferne ati. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, ores, multiradiatae: *primariae* plerumque 2 - adiatae. *Umbellulae* subrotundae, densae, multi- : *floribus* albis, saepe etiam rubellis, *disci* re- ibus fertilibus, *radii* inaequalibus sterilibus. *In-* um 1 - phyllum, plerumque nullum. *Involu-* polyphylla: *foliolis* lanceolatis membranaceis al-

nta venenata, pecoribus valde nociva.

). PHELLANDRIUM, *Wasserfenchel.*

Ph. aquaticum caulis foliorumque ramifica- is divaricatis. *Gewöhnlicher Wasserf. Roß-* f. -

sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1444. *Ejusd.* Enum. , *Pers.* syn. pl. I. p. 318. *Hoffm.* Germ. I. , *Schkuhr.* bot. Handb. t. 71. *Herb. Blackw.*)

ticum Phellandrium Roth. Germ. I. p. 123. 321. *De Vest.* Man. bot. p. 507.

Flor. Junio — Augusto.

b. ad fossas, lacus et ripas. (Ad fossas m *Burkardsthore*, ad rivum *Studentenbach* ante , ad rivum prope der *versbacher Mühle*, ad ri- oeni et in stagnis prope *Ochsenfurth*, *Kitzingen*, *rth*, *Heidenfeld*, *Karlstadt* et alibi non infre-)

Cau-

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, inferne praec[illegible] crassus, fistulosus, glaber, sulcatus, geniculatus: [illegible]*niculis* infimis radicantibus, *ramisque* divaricatis [illegible] divisis. *Folia* glabra, patentissima, ampla, laete [illegible]ridia, tripinnata: *ramificationibus* maxime diva[illegible]tis, *pinnulisque* semipinnatis obtusis incisis. *Vagi*[illegible] striatae, margine membranaceae, caulem arcte [illegible]plectentes. *Umbellae* oppositifoliae, breviter pe[illegible]culatae, patentes, inaequales, multiradiatae. *U*[illegible]*lulae* confertae, densissimae, multiflorae: *floribus* [illegible]nibus fertilibus albis subaequalibus. *Involucrum* [illegible] lum. *Involucella* foliolis 8 - 10 angustissimis fere [illegible]taceis longitudine *umbellulae*. *Semina* acria, aro[illegible]tica.

Planta suspecta, pecoribus nociva.

141. Cicuta, *Wütherich*.

1) *C. virosa* umbellis oppositifoliis, stipulis [illegible]tusis petiolo adnatis. *Giftiger Wüther. Wasserschie*[illegible]*ling, Parzenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1445. *Ejusd.* Enu[illegible] p. 316. *Pers.* syn. pl. I. p. 318. *Hoffm.* Germ. [illegible] P. 140. *Schkuhr* bot. Handb. t. 71. *Herb. Black*[illegible] t. 574. a. b. c.)

Coriandrum Cicuta Roth. Germ. I. p. 130. I[illegible] p. 347.

Sium Cicuta De Vest. Man. bot. p. 512.

Hab. in paludibus, ad fossas, lacus et r[illegible] *pas.* (In *fossa oppidana* prope dem *neuen Thore*, juxta dem *Wasserthurm* cum *patre defuncto* ol[illegible] copiose legi. Ad rivum *Studentenbach* prope de[illegible] *Schächersgarten* cum *D. Med. Cand, Drescher* [illegible]

el observavi. Ad lacum trans Moenum versus *Karl-adt* legit cl. *M. D. Geist*, mihique inde plura mi-t exemplaria Ad ripas Moeni versus *Heidingsfeld* venit *pater* meus *defunctus*, et *cl. Prof. Heil-ann* prope *Ochsenfurth* et *Kitzingen.* Aliquoties iam inveni ad *lacum erlaccensem* prope *Ochsenfurth*, l lacus prope *Heidenfeld*, et in palude *Moos* versus *laßfurth.* In aliis a pluribus indicatis locis e. gr. ad pas *Moeni* prope *Unterzell, Retzbach* et *Gemünden*, d *lacum frickenhusianum* prope *Wechterswinkel*, in alude prope *Wolbach* versus *Neustadt*, ad lacus pro-e *Gerolshofen* alibique frustra eam quaesivi.)

Planta inter *umbelliferas* venenatissima. *Radix* nagna, crassa, ramosa, annulata, *fibris* multis lon-is albidis subverticillatis praedita, *loculamentis* pluri-us succum croceo - lutescentem venenatissimum, ere praecipue, continentibus. *Caulis* 2 - 4 - peda-is, erectus, crassus, teres, fistulosus, leviter stria-us, geniculatus, ex glauco viridis, saepius purpura-cens, ramosus: *ramis* erectis firmis divaricatis dicho-omis, inferne alternis, superne oppositis. *Folia* ma-ima, profunde viridia, glaberrima, tripinnata: *fo-iolis* subsimplicibus lanceolatis planis argute serratis decurrentibus, *terminalibus* profunde trilobis. *Petio-li* basi vaginati, striati: *stipulis* linearibus obtusis. *Umbellae* magnae, plano - concavae, multiradiatae, densae, laterales, oppositifoliae. *Umbellulae* hemi-sphaericae, multiflorae: *floribus* albis regularibus. *Involucrum* foliolo uno alterove, plerumque nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* linearibus acutis brevi-bus inaequalibus patentibus. *Semina* viridia, subglo-bosa, compressiuscula, sulcato - striata, *stylis* diva-ricatis coronata.

142. Aethusa, *Gleiße.*

1) *Ae. Cynapium* foliolis pinnatifidis nitidis [illegible] currentibus. *Hunds - Gleiße, Hundspetersilie, [illegible] petersilie.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1446. *Ejusd.* E[illegible] p. 317. *Pers.* syn. pl. I. p. 319. *Hoffm.* Germ. [illegible] p. 140. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 72. *Herb. Black.* t. 517.)

Coriandrum Cynapium Roth. Germ. I. p. [illegible] II. p. 346.

Sium Cynapium De Vest. Man. bot. p. 512.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis, ruderatis et ad sepes [illegible] que.

Radix fusiformis, alba. *Caulis* 2 - 4 - pedalis, [illegible] tus, ramosus, teres, striatus, nebula violacea [illegible] obductus, inferne saepe rubellus. *Vaginae* striatae, margine membranaceae, apice bidentatae. *Folia* [illegible] terna, triplicato - pinnata, atrovirentia, subtus [illegible] tentia, petiolata, *suprema* sessilia. *Pinnae* lineares, pinnatifidae. *Umbellae* longius pedunculatae, medio[illegible] cres, planiusculae, multiradiatae, terminales aut late[illegible] rales oppositifoliae. *Umbellulae* radiatae, multiflorae. *Petala* alba, bifida. *Involucrum* nullum. *Involucella* dimidiata: *foliolis* 3 - 5 linearibus angustis pendulis umbellula longioribus.

Planta venenata, ab ignaris facile cum *Apio Petro selino* commutanda.

143. Coriandrum, *Koriander.*

1) *C. sativum* fructibus globosis. *Garten - Ko[illegible], wahrer Koriander.*

(*L.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1448. *Ejusd.* Enum.
17. *Pers.* syn. pl. I. p. 319. *Hoffm.* Germ. I.
fl. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 72. *Roth.* Germ. I.
p. II. p. 346. *Herb. Blackw.* t. 176.)
Coriandrum De Vest. Man. bot. p. 513.

Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis passim, et in ejectamentis inde quasi sponte.

Planta tota odore nauseoso, cymices redolens.
... 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber, ramo-
... *Folia* glabra laete viridia: *radicalia* pinna-
... ovatis inciso - dentatis, *caulina* bipinnata:
... linearibus angustis obtusis. *Umbellae* termina-
... planae, radiatae: *floribus* albis, interdum rubi-
... *Involucrum* monophyllum, lineare, plerum-
... nullum. *Involucella* minima, triphylla, dimidia-
... *Fructus* laevissime striatus, flavo - griseus.

144. Scandix, *Körbel.*

Sc. pecten foliis tripinnatis: foliolis multi-
... linearibus. *Nadelkörbel, Kammkörb. Venus-*
, Hechelkraut.

... sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1449. *Ejusd.* Enum.
... *Pers.* syn. pl. I. p. 319. *Hoffm.* Germ. I.
... *Jacq* Austr. t. 263. *Wibel.* Werth. p. 199.
Germ. I. p. 122. II. p. 315. *De Vest.* Man.
525.)

Flor. Majo — Julio.

... in hortis, ad sepes et inter segetes ... m.

... lis palmaris, erectus, teres, striatus, pilosus,
... us, divaricatus. *Folia* alterna, laete viridia,
pilo-

pilosiuscula, supradecomposita, tenuissime di[...] *Vaginae* tumidae, margine membranaceae, cili[...] *Umbellae* terminales, 2 - 3 - radiatae. *Umbellulae* [...] ciflorae: *flosculis* albis, *exterioribus* petalis major[...] *interioribus* abortivis. *Involucrum* nullum. *Invol*[...] foliolis 5 - 7 lanceolatis integris aut apice 2 - 3 - [...] *Fructus* striatus, basi incrassatus, in *rostrum* unci[...] aut sesquiunciale retrorsum setulis scabrum ter[...] tus,

145. Chaerophyllum, *Kälberkropf.*

1) *Ch. sylvestre* caule striato: geniculis tu[...] diusculis, seminibus laevibus. *Wilder Kälberkr*[...] *Eselskörbel*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1452. *Ejusd.* En[...] p. 318. *Pers.* syn. pl. I. p. 320. *Hoffm.* Germ. I. p. 142. *Jacq.* Austr. t. 149. *Schkuhr.* bot. Hand[...] t. 73. *Roth.* Germ. I. p. 123. II. p. 319.)

Scandix sylvestris De Vest. Man. bot. p. 505.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, in pomariis, et ad sep[...] *ubique frequens.*

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, fistulosus, tere[...] striatus, ramosus, superne glaber, inferne scabri[...] culus: *geniculis* subincrassatis subpubescentibus. *Fo*[...] *lia* tripinnata: *pinnis* lanceolatis pinnatifidis acuti[...] margine et nervo subtus hirsutis. *Vaginae* striatae, glabrae, ciliatae. *Umbellae* terminales, majusculae, planiusculae, multiradiatae, ante anthesin nutantes. *Umbellulae* multiflorae: *flosculis* albis parum radiatis. *Involucrum* 2 - 4 - phyllum, valde caducum. *Involu*[...] *cella* foliolis 5 - 6 - 7 - inaequalibus lanceolatis cilia[...] tis,

,primo erectis, demum deflexis. *Semina* oblonga, ...inata, non striata, glabra, nitida, nigra.

2) *Ch. temulum* caule maculato scabro: genicu... tumidis, seminibus striatis. *Giftiger Kälberkropf*, ...dkörbel, *Gefleckter Körbel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1454. *Ejusd.* Enum. l. c. ... syn. pl. p. 320. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacquin.* ...tr. t. 65.)

...ndix *temula Roth.* Germ. I. p. 122. II. p. 317. ... *Vat.* Man bot. p. 506. *G. M. Sch.* Flor. der ...etter. I. p. 415.

...ndix *nutans Moench.* Method. p. 101.

...rrhis *temula Gärtn.* I. p. 109. t. 23. *Wibel.* ...erth. p. 199.

... *Flor. Junio — Augusto.*

Hab. in ruderatis, dumetis, pratis et ad ...es ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, solidus, ramosus, ..., substriatus, pilosus, purpureo - maculatus: ...iculis tumidis. *Folia* hirsuta costis purpurascen...s; *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia 2 - 3 - pin...: *pinnis* ovatis obtusis pinnatifidis. *Vaginae* ge...la arcte amplectentes, striatae, scabrae, plerum- fuscae. *Umbellae* terminales, convexo - planius...e, mediocres, multiradiatae, ante anthesin nu...es, dein erectae. *Flosculi* irregulares, albi, disci ...tientes. *Involucrum* foliolis 2 - 3 caducis. *Invo*...*la* foliolis 5 - 6 - 8 lanceolatis hirsutis ciliatis. ...*na* ovato - oblonga, immatura laevia, matura ...ta, nigricantia, nitida.

Planta valde suspecta, venenata.

3)

3) *Ch. bulbosum* caule laevi geniculis tumi[...] basi hirto. *Knolliger Kälberkr. Rübenkörbel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1453. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Au[...] tab. 63.)

Scandix bulbosa Roth. Germ. I. p. 123. II. p. 3[...] *De Vest.* Man. bot. p. 505. *Moench* Method. p. [...] *G. M. Sch.* Flor der Wetter. I. p. 417.

Myrrhis bulbosa Wibel. Werth. p. 199.

Bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, pomariis, ad sepes, ad ri[...] pas, et in dumetosis passim.

Caulis 3 - 4 - 5 - pedalis, erectus, fistulosus, [...] res, substriatus, articulatus, ramosus, laete viri[...] maculis plerumque ferrugineis purpureisque ad[...] sus: *articulis* 3 infimis piloso - scabris, reliqui[...] midis incrassatis lineatis glabris. *Folia* glabra, pe[...] lis nervisque subtus pilosa, tripinnata: *pinnulis* [...] nuissime divisis acutis. *Vaginae* praelongae, str[...] tae, margine membranaceae. *Umbellae* terminal[...] planiusculae, mediocres, multiradiatae: *floribus* [...] bis. *Involucrum* nullum aut foliolo uno alterove. [...] *volucella* foliolis 5 - 6 inaequalibus lanceolatis refle[...] *Semina* oblonga, profunde striata, stylis distanti[...] coronata.

4) *Ch. hirsutum* caule striato hirto, foliolis [...] cisis hirsutis, fructu stylis elongatis divaricatis co[...] nato. *Rauhaariger Kälberkropf, Sumpfkälberkr.*

(*L.* sp. pl. ed *Willd.* p. 1455. *Ejusd.* Enum. l. [...] *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. t. 148.)

Ch. palustre Pers. syn. pl. I. p. 320.

Sc[...]

hirsuta Roth. Germ. I. p. 122. II. p. 315. Man. bot. p. 506.

hirsuta Wib. Werth. p. 200.

lor. Junio — Augusto.

in humidiusculis, ad ripas. (In fossa prope dem *burkarder Thore* am Kanal, ad ›as infra *Himmelstadt* et *Gemünden*. Ad *Wer-* ›às *Stetten*, et ad ripas *Salae* prope *Schunder-* ›. In fossa oppidana oppiduli *Karlstadt* cum *Geist* etiam legi.)

les plerumque plures, 1-2-3-pedales, erec- ·etes, aequales, fistulosi, succulenti, fere dia- › pilis albidis hirti, superne ramosi. *Folia* 3- ›nnata, hirsuta: *pinnis* incisis acutis. *Vaginae* , subcarnosae, pilosae, margine membranaceae. *ellae* terminales, convexae, densae, majusculae, ·iradiatae, ante anthesin nutantes. *Umbellulae* tiflorae: *floribus* albidis s. ex albido rubellis irre- ribus hirsutis, pluribus sterilibus. *Involucrum* ophyllum, plerumque nullum. *Involucella* fo- ı 5-6 late-lanceolatis margine membranaceis ›is ciliatis. *Semina* sulcata stylis elongatis diva- is coronata.

› *Ch. aureum* caule aequali, foliolis incisis, se- bus coloratis sulcatis muticis. *Goldfärbiger Käl-* . *gelber Kälbersaamen.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1457. *Ejusd.* Enum. p. 319. . syn. pl. p. 321. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacquin* r. t. 64.

adix aurea Roth. Germ. I. p. 122. II. p. 3[illegible] *est.* Man. bot. p. 506. *Mœnch.* Meth. p. 1[illegible]

My[illegible]

Myrrhis aurea *Gärtn.* I. p. 109. t. 23. *Wi*
Werth. p. 200.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis humidiusculis, in ne
sis, ad sepes. (Im *Oelgrund* versus *Sach*
in monte *Sodenberg*, ad *Werram* prope dem *Sü*
hartshof, et ad *Moenum* prope *Marienburghauße*
inde. In pratis prope *Hofheim*, *Eichelsdorf* et *R*
ßenhaußen rarius. Ad ripas *Tuberis* prope *Tau*
tersheim, et in humidis ad *Abb. Heidenfeld.*)

Caulis sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, ang
tus, striatus, ramosus, maculis hinc inde purp
notatus, inferne hirsutus, superne glaber: *arti*
tumidis. *Folia* ampla, pallide viridia, villosius
tripinnata: *pinnis* lanceolatis acutis profunde pin
to - incisis, *incisuris* dentatis. *Vaginae* membra
ceae, villoso - albidae. *Umbellae* terminales, me
cres, planae, 6 - 8 radiatae. *Umbellulae* 5 - 8 - fl
rae: *flosculis* albis inaequalibus radiantibus, plur
sterilibus. *Involucrum* foliolo uno alterove, ple
que nullum. *Involucella* foliolis 5 - 7 lanceolatis c
liatis demum reflexis longitudine umbellulae. *Sem*
oblonga, glabra, lutescentia.

6) *Ch. sativum* caule laevi, umbellis later
bus oppositifoliis. *Zahmer Kälberkropf*, *Gartenk*
Körbelkraut.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 320. *C. Bauhin.* Pin. thea
bot. p. 152.)

Scandix Cerefolium *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1
Ejusd. Enum. p. 318. *Hoffm.* Germ. I. p. 141. *Ja*
Austr. t. 309. *Herb. Blackw.* t. 236. *Schkuhr.* b
Handb. t. 73. *Roth.* Germ. I. p. 122. *De Vest.* M
bot. p. 505.

Ch

rophyllum Cerefolium Roth. Germ. II. p. 320.
ch. Meth. p. 102.

bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in cultis quasi sponte, et ad sepes
torum passim.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus. striatus, glaber, *ulis*, ramosus. *Folia* laete viridia, odorata, gla-, tenera, 2 - 3 - pinnata: *pinnis* ovatis remotis in- - pinnatifidis. *Umbellae* 4 - 5 - radiatae, *termi-* *nales* longius pedunculatae, *laterales* subsessiles. *Um-* *bellulae* sub - 5 - florae: *flosculis* albis subaequalibus *bus* fertilibus. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucellum* foliolis 2 - 5 parvis lineari - lanceolatis *bus* reflexis. *Semina* subulata, tenuia, laevia, *ta*, nigra.

146. Anthriscus, *Klettenkörbel.*

1) *A. vulgari* foliolis tripinnatis pilosis, corol- *uniformibus*, caule laevi. *Gemeiner Klettenkörbel.*

(*Pers.* syn. l. I. p. 320.)

Caucalis Anthriscus L. sp. pl. ed. *Willd.* I.
150. *Ejusd.* Enum. p. 318. *Jacq.* Austr. t. 154.
Caucalis Scandicina Roth. Germ. I. p. 121. II.
12. *Hffm.* Germ. I. p. 130.
Scandix Scopol. Carniol. I. p. 191.
Anthriscus De Vest. Man. bot. p. 493.
Cerefolii Anthriscus Moench. Meth. p. 103. *Wib.* *th* p. 192. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. I.
3.
Scandicina Gmel. Flor. bad. I. p. 618.

Flor. Junio — Augusto.

 Hab.

Hab. in cultis, in ruderatis, ad muru sepes passim.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, debilis, te nodosus, substriatus, nitidus, glaber, ramosus, fusus. *Folia* pilosa, tripinnata: *pinnulis* pin *Vaginae* ciliatae, margine albidae. *Umbellae* num sae 4 - 5 - radiatae, *terminales* longius pedunculi *laterales* brevissime pedunculatae aut sessiles. *Um bellulae* parvae, pauciflorae: *flosculis* subinaequali albidis, omnibus fertilibus. *Involucrum* sub - 1 phyllum, plerumque nulum. *Involucella* 4 - 5 - ph la: *foliolis* lanceolatis cilatis adpressis. *Semina* ta, oblonga, aculeolis incuvis hirta, nigra.

147. Seseli, *Sesel.*

1) *S. annuum* caule subsirplici striato vagin to: vaginis ventricosis. *Einjhriger Sesel, Bach fenchel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 140. *Pers.* syn. I. p. 321. *Hoffm.* Germ. I. p. 143. *Jacquin.* Aus t. 55.)

Sium annuum Roth. Germ. I. p. 18. II. p. 3 *De Vest.* Man. bot. p. 515.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis nemorosis, pacuis bulosis, in collibus asperis siccis. (In mo *Nicolai* versus der *Waldskugel*, et in aspeis pr *Ravenspurg* versus *sylvam vitihoechheimensem* ari me. In arenosis siccis prope *Stalldorf*, *Büttharlt Giebelstadt.* In collibus siccis lapidosis in via a *Ti gen* versus *Arnstein* perraro.)

C

lulis palmaris, pedalis, erectus, durus, striatus ramosus, glaber, glaucus, inferne rubellus. rigidiuscula, glabra, e glauco viridia, *inferiora* ieato - *superiora* bipinnata: *foliolis* linearibus pinnatifidis. *Petioli* plerumque e viridi pur- *inferiores* longi teretes basi vaginati amplexi-, *superiores* breves membranacei vaginantes glabri subventricosi. *Umbellae* terminales, par- densae, multiradiatae, convexae. *Umbellulae* multiflorae: *flosculis* aequalibus albis aut ex rubentibus, omnibus fertilibus. *Involucrum* aut monophyllum breve. *Involucella* poly- : *foliolis* lanceolatis margine membranaceis al- inaequalibus, *exterioribus* umbellula plerumque oribus.

148. PASTINACA, *Pastinak.*

P. sativa foliolis simpliciter pinnatis subtus entibus. *Gemeiner*, *wilder Pastinak.*

sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1466. *Ejusd.* Enum. *Pers.* syn. pl. I. p. 322. *Hoffm.* Germ. I. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 76. *Herb. Blackw.*)

um Pastinaca Roth. Germ. I. p. 133. II. *De Ve t.* Man. bot. p. 500.)

um Pastinaca Wib. Werth. p. 195.

Flor. Jul. Augusto.

b. in pratis, pascuis et ruderatis ubi- frequens.

Radix fusiformis, albida s. lutescens, aromatica, acris, edula. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, , fistulosus, sulcato - angulosus, scabriusculus,

superne valde ramosus. *Folia* alterna, vagina[illegible] pinnata: *foliolis* ovatis inciso - lobatis laete viri[illegible] supra glabris subtus scabriusculis pubescentibus, [illegible] *pari* 3 - lobo. *Umbellae* terminales, magnae, pla[illegible] multiradiatae. *Involucra* et *involucella* nulla. *Pe*[illegible] involuta, integra, lutea. *Fructus* magnus, odor[illegible] aromaticus.

149. Anethum, *Dill.*

1) *A. graveolens* foliis bipinnatis: foliolis [illegible] taceis, fructibus compressis. *Gemeiner Dill, Ca*[illegible] *merkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1469. *Ejusd.* En[illegible] p. 321. *Pers.* syn. pl. I. p. 323. *Hoffm.* Germ. [illegible] p. 144. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 77. *Herb.* Bl[illegible] t. 545.)

Selinum Anethum Roth. Germ. I. p. 134. II. p. [illegible] *De Vest.* Man. bot. p. 501.

Caulis 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, simpliciusculus, teres, villosus. *Folia* alterna, petiolata, interrupte pinnata, sublyrata, pilosa: *foliolis* oblongo - ovatis acutis inciso - serratis, *lateralibus* minoribus

bus integris divisisve, *terminali* majori petiolato. *Stipulae* binae, oppositae, subrotundae, amplexicaules, foliaceae, incisae. *Flores* alterni, breviter pedunculati *in spicam terminalem* elongatam erectam multifloram laxam dispositi. *Petala* lutea calyce duplo longiora. *Calyx* induratus sulcatus, setis uncinatis muricatus.

TRIGYNIA.

218. RESEDA, *Harnkraut.*

1) *R. Luteola* foliis lanceolatis integris planis basi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. *Gelbliches Harnkr. Gelbkraut, Streichkraut, Wau.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 876. *Ejusd.* Enum. p. 499. *Pers.* syn. pl. II. p. 9. *Hoffm.* Germ. I. p. 216. *De Vest.* Man. bot. p. 760. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 129. *Herb. Blackw.* t. 283.)

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad muros, ad vias, et in ruderatis ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, strictus, angulatus, glaber, ramosus: *ramis* alternis erectis virgatis. *Folia* lineari - lanceolata, obtusiuscula, sessilia, integra, saepe undulata, nitida, glabra: *radicalia* in orbem digesta basi utrinque denticulo calloso plerumque notata, *caulina* alterna et sparsa. *Spicae* terminales, erectae, multiflorae. *Pedunculi* solitarii, breves, uniflori, basi bracteolati. *Petala* pallide lutea: *supremum* tenuissime 4 - 5 - partitum, *lateralia* 2 trifida, *infima* 2 minima integra. *Calyces* quadrifidi.

2)

2) *R. lutea* foliis inferioribus pinnatis, reliquis pinnatifidis trifidisque, calycibus sexfidis. *Gelbe Harnkr. Gelber Wau.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 879. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 10. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 352.)

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in arenosis inundatis, ad margines viarum et agrorum fere ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus totus aut basi decumbens, diffusus, ramosus, angulatus, plus minusve hirsutus vel glaber. *Folia* alterna, in petiolum desinentia, glaberrima, nitida, inferiora pinnata: *laciniis* linearibus canaliculatis magis minusve undulatis, *superiora* pinnatifida, plerumque trifida. *Spicae* terminales, erectae, laxae, multiflorae, quam in antecedente breviores. *Pedunculi* longiores, solitarii, alterni. *Petala* 6 inaequalia, pallide sulphurea. *Calyces* sexfidi.

219. Euphorbia, *Wolfsmilch.*

Umbella trifida.

1) *E. Peplus* umbella trifida dichotoma, involucellis ovatis, foliis obovatis petiolatis integerrimis. *Rundblättrige Wolfsm. Garten - Wolfsm.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 903. *Ejusd.* Enum. p. 503. *Pers.* syn. pl. II. p. 14. *Hoffm.* Germ. I. p. 216. *De Vest.* Man. bot. p. 762. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 129.)

Tithymalus Peplus Mönch. Meth. p. 667.

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab.

Hab. in hortis, agris, vineis, oleraceis et d sepes ubique.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, teres, glaber, ıperne trifidus: *ramis* dichotomis. *Folia* laete viriia, alterna, in petiolum brevem decurrentia, oboata, obtusa, integra, glabra. *Involucra* atque *involucella* ovata, integerrima. *Flores* solitarii, sessiles, xigui. *Petala* viridiuscula, bicornia. *Capsulae* glarae, tricarinatae. *Semina* ovata, nitida, reticulata.

2) *E. exigua* umbella trifida dichotoma, involuellis ovato - lanceolatis, foliis linearibus. *Kleine Wolfsm. Steinmilch.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. p. 15. *Joffm.* Germ. p. 217. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

'ithymal. exiguus Moench. Method. l. c.

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in vineis et inter segetes fere ubique.

Caulis 2 - 3 - uncialis, digitalis, erectus, teres, laber, basi ramosus. *Folia* sessilia, alterna, sparsa, nearia, acuta, integerrima, adpressa. *Umbella* pleımque trifida, etiam 2 - 4 - 5 - fida: *ramis* dichotoıis. *Involucra* et *involucella* ovato - lanceolata, basi naequalia. *Flores* exigui, sessiles. *Petala* 4 lunata, icornia, flava. *Capsulae* laeves. *Semina* quadranula, corrugata.

Umbella quinquefida.

3) *E. verrucosa* umbella quinquefida bifida, in'olucellis ovatis serrulatis, foliis lanceolatis obtusis 'illosis, capsulis verrucosis. *Warzige Wolfsm.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 915. *Pers.* syn. pl. p. 17. *Hoffm.* Germ. p. 218. *De Vest.* Man. bot. p. 764.)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arenosis, aridis. (In aridis prope *Zell*, dem *rothen Kreutze*, *Rimpar*, *Ochsenfurth*, in monte *St. Viti* prope *Neustadt ad Saalam* alibique rarissime.)

Caules plures, palmares, pedales, erectiusculi, simplices, teretes, glabriusculi, inferne plerumque fusco - rubelli. *Folia* alterna, sessilia, subovato-lanceolata, plana, subvillosa, serrulata, patentia, ex flavescente viridia: *inferiora* plerumque reflexa. *Umbella* 5 - fida: *ramis* sub - 3 - fidis bifidisque. *Involucrum* e foliolis 5 ellipticis obtusiusculis margine serrulatis. *Involucella* triphylla, diphylla: *foliolis* ovatis denticulatis ex viridi lutescentibus. *Petala* 4 rotunda, integra, lutea. *Capsulae* verrucosae, hispidae.

Variat *caulibus* totis decumbentibus *foliisque* glabris.

4) *E. helioscopia* umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis, capsulis glabris. *Sonnenwendige Wolfsm. Hundsmilch.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 914. *Ejusd.* Enum. p. 505. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 219. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Tithymalus helioscopius Scopol. Carn. I. p. 337. *Mönch.* Method. p. 666.

Ann. Flor. Junio. — Augusto.

Hab. in cultis ubicunque.

Caules plures, palmares, pedales, raro altiores, recti, teretes, glabri, subpubescentes, simplices, ut basi ramosi. *Folia* sparsa, breviter petiolata, bovata, obtusa, apicem versus serrulata, glabra, iete viridia. *Umbella* quinquefida: *ramulis* trifidis t dichotomis. *Involucrum* 5 - phyllum, *involucellum* - 3 - phyllum: *foliolis* foliis similibus. *Petala* 4 ubrotunda, integra, glabra, viridia. *Capsula* subotunda, laevis, glabra.

5) *E. platyphyllos* umbella quinquefida trifida ichotoma, involucris carina pilosis, foliis lanceolatis errratis, capsulis verrucosis. *Breitblättrige Wolfsm.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd* p. 918. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 18. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 765. *Jacq.* Austr. t. 376.)

Tithym. platyphyllos *Scopol.* Carniol. I. p. 337. *Moench.* Method. l. c.

Ann. *Fior.* *Junio* — *Augusto*.

Hab. ad margines agrorum inque cultis ere ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, glaber, superne valde ramosus, inferne plerumque purpurascens. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, cuta, supra glabra, subtus villosiuscula, glauca, e nedio ad apicem serrulata, patentia: *infima* breviter etiolata obovata obtusa cauli appressa caduca. *Umbella* plerumque 5 - fida, interdum 4 - et 3 - fida: *radiis* 3 - fidis, *ramulis* dichotomis. *Rami* infra umbellam axillares saepe plures per caulem sparsi *umbella* 3 - fida terminati. *Involucrum* secundum radiorum numerum plerumque 5 - aut 4 - phyllum: *foliolis* anceolatis deflexis carina pilosis tenuissime serrulatis.

tis. *Involucella* 3 - aut 2 - phylla: *foliolis* cordato-oblongis lutescentibus subserrulatis. *Stamina* plura sterilia. *Petala* suborbiculata, integra, lutea. *Capsula* subrotunda, tuberculato - scabra.

6) *E. sylvatica* umbella quinquefida dichotoma, involucellis reniformi - cordatis perfoliatis, foliis lanceolatis integerrimis subtus pubescentibus. *Wald-Wolfsm.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 924. *Pers.* syn. pl. p. 1[illegible]. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. t. 375.)

Tithym. sylvaticus Scopol. Carniol. I. p. 333.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in sylvis ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, teres, glaber, basi ramosus et rubellus. *Folia* alterna, in petiolum brevissimum decurrentia, lanceolata, integerrima, supra glabra, subtus pubescentia: *superiora* sensim minora. *Umbella* 5 - fida: *radiis* dichotomis. *Involucrum* 5 - phyllum: *foliolis* subrotundo - ovatis obtusis integerrimis. *Involucella* reniformi - cordata, connata, perfoliata. *Petala* semilunaria, cornubus conniventibus acuta, lutea, basin versus villosa. *Rami* floriferi infra umbellam alterni, axillares. *Capsula* laevis.

Umbella multifida.

7) *E. Esula* umbella multifida bifida, involucellis subcordatis, petalis bicornibus, ramis sterilibus foliis uniformibus linearibus. *Gemeine Wolfsm. Esels-milch.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 919. *Ejusd.* Enum l. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Va*

Mai

. bot. p. 765. *Herb. Blackw.* t. 163. *Spreng.* t. 3.)

Sym. Esula Scopol. Carniol. I. p. 338. *Mönch.* Iod. p. 668.

nn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in versuris, ad ripas, vias et muros que.

Caules plures, palmares, pedales et majores, erecti, aut basi tantum incurvi, teretes, glabri, ra-i: *ramis* pluribus sterilibus. *Folia* sparsa, cona, subsessilia, lineari - lanceolata, uninervia, ıra, integerrima, glauco - viridia, *omnia* unifor-, patentissima aut deflexa. *Umbella* multifida: iis plerumque 6 - 8 - 12 dichotomis. *Involucra* fosimilia. *Involucella* cordato - subrotunda, acumia, integerrima, glabra. *Petala* lunata, bicornia, a. *Capsula* glabra, trigona.

8) *E. Gerardiana* umbella multifida dichotoma, olucellis subrotundis, petalis integerrimis, foliis ari - lanceolatis mucronatis: superioribus latiori-. *Gerardische Wolfsm.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 920. *Pers.* syn. pl. l. c. *Ym.* Germ. p. 220. *De Vest.* Man. bot. l. c. *q.* Austr. t. 436. *Spreng.* Hal. t. III. f. 1.)

Shym. cajogalus Moench. Meth. p. 667.

Cajogala Ehrh. Beitr. II. p. 102.

enn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in versuris, ruderatis, ad vias, mu-s et ripas passim frequens.

Caules plures conferti, palmares, pedales [illegible], erecti, teretes, glabri [illegible] *Folia* [illegible]

na, sessilia, fere imbricata, linerai - lanceolata, obtusiuscula, mucronata, integerrima, glabra, a basi usque ad medium trinervia, glauco - viridia: *inferiora* breviora ac angustiora. *Umbella* multiradiata: *radiis* erectis dichotomis. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lato - lanceolatis integris glabris mucronatis, primó patentibus, demum reflexis. *Involucella* diphylla: *foliolis* ovato - cordatis mucronatis glabris integris supra ex viridi luteis. *Petala* 4 subrotunda, obtusa, integra, fulva. *Capsula* subrotunda, obtusa, trigona, glabra.

9) *E. Cyparissias* umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis: caulinis lanceolatis. *Zypressenartige Wolfsmilch*, *Teufelsmilch*.

(*L.* sp. pl. ed *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vel.* Man bot. p. 766. *Jacq.* Austr. t. 435.)

Tithym. Cyparissias *Scopol.* Carniol. I. p. 3.. *Mönch.* Method. p. 668.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pascuis, in sylvaticis, ad collis et vias ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, glaber: *ramis* sparsis foliosis sterilibus. *Folia* alterna, sessilia, lineari - lanceolata, obtusiuscula, integerrima, glabra, margine plerumque reflexa: *ramea* sparsa, conferta, breviora, angustissima, fere setacea. *Umbella* multiradiata: *radiis* dichotomis. *Rami* umbellae subjecti dichotomi. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* linearibus obtusiusculis subreflexis glabris inaequalibus. *Involucella* biphylla: *foliolis* cordato-

reniformibus integerrimis glabris ex viridi flavibus, intus demum rubellis. *Petala* 4 integra, ta, bicornia, glabra, lutea. *Capsula* subrotunnctis elevatis verruculosa.

Euphorbia degener umbella nulla, *foliis* alterobtusis punctis croceis, quae *Aecidium Euphor*sunt, est morbosa hujus varietas.

DODECAGYNIA.

220. SEMPERVIVUM, *Hauswurz.*

1) *S. tectorum* foliis ciliatis, propaginibus patibus. *Gemeine Hausw. Donnerkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 932. *Ejusd.* Enum. 507. *Pers.* syn. pl. II. p. 20. *Hoffm.* Germ. I. 221. *De Vest.* Man. bot. p. 307. *Herb. Blackw.* 366. *Knorr.* thesaur. II. t. S. 4.)

dum tectorum Scopol. Carniol. I. p. 325.

renn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in muris et tectis ubique.

Caulis pedalis et altior, erectus, teres, pubens, succulentus, squamis foliaceis imbricatis vetus, superne ramosus: *ramis* patentibus squamosis rumque rubellis. *Folia* radicalia, sessilia, oboa, acuta, carinata, glabra, valde carnosa, crassa, culenta. *Propagines* funiculis cauli adhaerentes e iis multis imbricatis in rosulam congestis: primo nniventibus, demum patentibus. *Flores* venitam, bsessiles, secundi, purpurei, extus villosi in *ramos* terminales patentes apice incurvos digesti.

Numerus partium omnium admodum variabilis.

2) *S. globiferum* foliis ciliatis, propagini globosis. *Kugeltragende* *Hausw.* *kleine Hauswurz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De l Vest.* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. app. t. 40.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in tectis, in muris. (In muris circa *dersheim*, *Haltenbergstetten* alibique rarius.)

Differt a praecedente: *caulibus* brevioribus, *paginibus* copiosioribus minoribus globosis decidi bus: *foliis* dense imbricatis. *Petala* flava, subc ta 6 - 12 - 18, et tot *pistilla.*

Propagines juniores adultioribus multo minore perfecte globosae, *adultiores* patulae.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

221. Philadelphus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 840. *De Neck b. n.* 732. *Borkh. tent. n.* 615.

Cal. 4 - partitus superus persistens. *Petala* 4 subrotunda plana. *Stylus* 4 - fidus. *Caps.* ovata 4 - locularis polysperma.

222. Amygdalus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 848. *De Neck. el. b. n.* 717. (*Amygdalophora*) *Borkh. tent. n.* 623.

Cal. 5 - fidus inferus. *Cor.* 5 - petala. *Drupa excorticea* coriacea: *nuce* poris perforata.

223. Prunus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n 849. *De Neck. el. bot. n.* 719. (*Prunophora*) *Borkh. tent. n.* 622.

Cal. campanulatus 5 - fidus inferus deciduus. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* nux suturis prominulis.

DIGYNIA.

224. Crataegus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 854. *De Neck. el. bot. n.* 725.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* infera 2 - sperma farinosa calyce persistente coronata: *nucleis* hinc convexis, inde planiusculis. (*Stylus interdum* 1.)

TRIGYNIA.

225. Sorbus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 855. *De Neck. el. bot. n.* 726.

Cal.

Cal. 5 - fidus persistens fructum coronans. *Cor.* 5 - petala. *Pomum* 3 - loculare: *loculis* 1 - spermis.

PENTAGYNIA.

226. Mespilus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 857. *De Neck. el. bot. n.* 724. *(Mespilophora.) Borkh. tent. n.* 610.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* infera 3 - 5 - sperma. *Sem.* ossea.

227. Pyrus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 858. *De Neck. el. bot. n.* 721. *(Pyrophorum) Borkh. tent. n.* 613.

Cal. 5 - fidus superus persistens fructum coronans. *Cor.* 5 - petala. *Pomum* inferum carnosum magnum 5 - loculare polyspermum.

228. Spiraea.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 862. *De Neck. el. bot. n.* 748. *Borkh. tent. n.* 628.

Cal. patens inferus 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala. *Caps.* plures congestae 2 - valves polyspermae.

POLYGYNIA.

229. Rosa.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 863. *De Neck. el. bot. n.* 754. *(Rhodophora) Borkh. tent. n.* 621.

Cal. 5 - fidus urceolatus, demum baccatus polyspermus. *Cor.* 5 - petala. *Sem.* plurima hispida interiori lateri calycis affixa.

230.

230. Rubus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 864. *De Neck. el.* . *n.* 751. *Borkh. tent. n.* 620.

Cal. 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala. *Bacca* supera deci- a composita acinis pluribus 1 - spermis.

231. Fragaria.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 865. *De Neck. b. n.* 755. *Borkh. tent. n.* 601.

Cal. 10 - fidus: *laciniis* alternis angustioribus. *r.* 5 - petala. *Sem.* nuda receptaculo succulento lposo deciduo immersa.

232. Potentilla.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 866. *De Neck.* . *bot. n.* 756. *Borkh. tent. n.* 602.

Cal. 10 - fidus: *laciniis* alternis minoribus reflexis. *or.* 5 - petala. *Sem.* plurima nuda mutica recepta- ulo parvo exsucco sessili affixa.

233. Tormentilla.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 691. *De Neck. el. ot. n.* 758. *Borkh. tent. n.* 599.

Cal. 8 - fidus: *laciniis* alternis minoribus. *Cor.* 4 - etala. *Sem.* plurima subrotunda nuda rugosa recep- aculo parvo exsucco affixa.

234. Geum.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 867. *De Neck. el. ot. n.* 761. *Borkh. tent. n.* 604.

Cal. 10 - fidus: *laciniis* alternis minimis a
Cor. 5 - petala. *Sem.* caudata receptaculo pedun
to affixa.

235. COMARUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 869. *De Nec
b. n.* 759. *Borkh. tent. n.* 603.

Cal. 10 - fidus coloratus: *laciniis* alternis mi
bus. *Petala* 5 calyce minora. *Sem.* nuda laevi
ceptaculo ovato spongioso persistenti adfixa.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

221. PHILADELPHUS, *Pfeifenstrauch*

1) *Ph. coronarius* foliis oppositis ovato -
longis subdentatis. *Wohlriechender Pfeifenstr.
tenstrauch, wilder Jasmin.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 947. *Ejusd.* En
p. 511. *Pers.* syn. pl. II. p. 24. *Hoffm.* Gern
p. 222. *De Vest.* Man. bot. p. 748. *Schkuhr.*
Handb. t. 131. *Sturm* D. Flor. I. 3. *Sch*
Baumz. t. 59.)

yringa suaveolens Moench. Method. p. 678.
rutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis et ad sepes passim quasi ponte.

Frutex 6 - 9 - pedalis, erectus, ramosissimus: *ra-is* oppositis. *Folia* opposita, breviter petiolata, vato - oblonga, acuminata, dentata, glabra. *Flores* acemosi, speciosi, albi: odore fragrantissimo gratis-moque. *Racemi* terminales, erecti, 4 - 6 - flori. *tylus* sub florescentia quadrifidus, demum ad basin uadripartitus.

Flos primarius plerumque quinquefidus.

222. Amygdalus, *Mandelbaum.*

1) *A. communis* foliorum serraturis infimis glan-iulosis, floribus sessilibus geminis, patalis calyce ma-oribus. *Gemeiner Mandelb.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 982. *Ejusd.* Enum.). 516. *Pers.* syn. pl. II. p. 34. *De Vest.* Man. ot. p. 749. *Herb. Blackw.* t. 105. *Knorr.* thesaur. :. M. 1. *Majer.* Pomon. francon. I. t. 3 - 4.)

Arbor. Flor. April. Majo ante foliorum eruptionem.

Hab. in hortis et vineis.

Arbor mediocris: *ramis* multis patentibus. *Folia* sparsa, breviter petiolata, ovato - lanceolata, acu-minata, utrinque glabra, serrata: *serraturis infimis* et *petiolis* glandulosis. *Flores* speciosi, carnei, sub-sessiles, plerumque gemini.

Var. nucleorum epidermide amara. (*Amygdalus amarae*).

2) *A. fragilis* petalis calycem subaequantibus. *Krachmandel.*

(*G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 161.)

Amygd. commun. β. Linn. Majer. Pom. francon. I. t. V.

Arbor. Flor. Majo ante foliorum exortum.

Hab. in iisdem locis.

A praecedente *petalis* calyce vix longioribus, *nucibusque* fragilibus constanter differt.

223. Prunus, *Pflaumenbaum.*

1) *P. Padus* florum racemis pendulis, petalis serrulatis, foliis deciduis duplicato - serratis: petiolis biglandulosis, fructibus globosis. *Vogelpflaume, Traubenkirsche, Ahlbeere.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II p. 984. *Ejusd.* Enum. p. 517. *Pers.* syn. pl. II. p. 34. *Hoffm.* Germ. I p. 222. *De Vest.* Man. bot. p. 749. *Kerner* IV. t. 31.)

Padus avium Moench. Meth. p. 671. *G. M. Sch.* Flor. d. Wetter. II. p. 178.

Frutex s. Arbor. Flor. Majo.

Hab. in sylvis et ad sepes passim.

Frutex 6 - 9 pedalis, erectus, ad arboris magnitudinem saepe accedens: *cortice* e bruno - cinereo tuberculis albidis obsesso. *Rami* alterni, erecti, teretes, laeves. *Folia* alterna, petiolata, ovato - lanceolata, serrata, glabra, annua, laete viridia, inferne ad venas et costam barbata, basi *glandulis* 2 aut 3 - 4 instructa. *Stipulae* lanceolatae, parvae, deciduae. *Flores* parvi, odorati; *petalis* albis denticulatis

ca-

ılyci insertis, racemosi. *Racemi* terminales, laxi, ıultiflori, simplices nutantes: *pedicellis* numerosis uiflorís. *Drupae* globosae, nigrae, succulentae, auseosae, pisi magnitudine.

2) *P. Armeniaca* floribus sessilibus, foliis subordatis. *Aprikosenpflaume, Aprikosenbaum.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 989. *Ejusd.* Enum p. 518 *De Vest.* Man. bot. p. 750. *Herb. Blackw.* t. 281 *Majer* Pom franc. I. t. 1 - 8. *Kerner* t. 201.)

Armeniaca epirotica G. M. Sch. Flor d. Wetter. I p. 167.

A. vulgaris Pers. syn. pl. II. p. 36.

Arbor. Flor. Mart. Aprili ante foliorum eruptionem.

Hab. in Asia. (Colitur in hortis inque vicis cum pluribus variationibus.)

Arbor mediocris, s. *frutex* ramis multis divaricatis, *unioribus* purpurascentibus. *Folia* longe petiolata, ubcordata, acuminata, glabra, tenuiter serrato-entata: *vernantia* convoluta. *Flores* speciosi, albi incarnati, sessiles, laterales, solitarii s. fasciculati.

3) *P. Cerasus* umbellis subsessilibus, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis, fructibus globosis. *Saure Pflaume, Weichselbaum.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 991. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 34. *Hoffm.* Germ. p. 223. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Majer* Pomon. franc. T. II. *Herb. Blackw.* t. 429.)

Cerasus vulgaris Moench. Meth. p. 672.

C. acida G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 137.

Arbor. Flor. April. Maji.

Hab.

Hab. ad sepes, in vineis, in agris inque hortis cum pluribus variationibus

Arbor mediocris s. *frutex*: *ramis* nutantibus. *Folia* ovato - lanceolata, acuminata, serrato - dentata, glabra: *juniora* conduplicata. *Petioli* eglandulosi. *Stipulae* dentatae, glandulosae. *Bracteae* serratae, trifidae: *intermedia* foliacea. *Petala* alba. *Fructus* globosi, nigri s. rubri, acidi, aut subdulces.

4) *P. avium* umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis subtus pubescentibus conduplicatis: basi biglandulosis, fructibus globosis. *Süße Pflaume, Kirschbaum.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 35. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vet.* Man. bot. l. c. *Majer* Pom. franc. T. II. *Kerner* t. 30. *Herb. Blackw.* t. 425.)

Cerasus avium Mönch. Method. p. 672.

C. dulcis G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 181.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis, ad pagos, ad sepes et colitur cum pluribus variationibus in agris, hortis et vineis.

Arbor saepe praealtus: *ramis* verticillatis strictis erectis. *Folia* ovata, acuminata, inaequaliter serrata, glabra, subtus laeviter pubescentia: primo conduplicata. *Petioli* apice biglandulosi. *Umbellae* perfecte sessiles, 3 - 4 - florae, saepius multiflorae. *Petala* alba. *Fructus* sanquineo - rubri, albido - rubelli vel nigricantes.

5) *P. domestica* pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato - ovatis crenatis, ramis muticis, fructibus ellipticis. *Gemeiner Pflaumenbaum, Zwetschge.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 995. *Ejusd.* Enum. p. 519. *rs.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* an. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 281. *Knorr.* thes. t. P. 2. *Majer.* Pom. franc. T. I.)

rbor. Flor. April. Majo.

Hab. ad pagos, in vineis, agris et hortis bique.

Arbor mediocris: *ramis* multis divaricatis inermi- as, aut passim spinosis. *Folia* breviter petiolata, nceolato - ovata, serrata, glabra: *juniora* subtus ubescentia et convoluta. *Pedunculi* breves, uniflo- i, plerumque solitarii. *Petala* alba, obovata. *Ca- cis laciniae* denticulatae, extus hirsutae. *Fructus* llipticus, coeruleus rore glauco.

Innumerae hujus in hortis nostris existunt varie- ates fructuum magnitudine, figura, sapore, colore tque maturationis tempore invicem diversissimae.

6) *P. insititia* pedunculis geminis, foliis lan- eolato - ovatis subtus villosis, ramis spinescentibus, ructibus subrotundis. *Kriechenpflaume*, *Haafer- chleen.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 996. *Ejusd.* Enum l. c. *Pers.* syn. pl. p. 35. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Kern.* IV. t. 29. *Herb. Blackw.* . 305.)

Frutex. Flor. Martio Aprili.

Hab. ad sepes, inter fruticeta, ad pagos nque nemorosis passim.

Frutex validus ad arboris magnitudinem saepe ac- cedens: *ramis* alternis, *spina simplici* plerumque ter- minatis. *Folia* alterna, petiolata, ovata, basi atte- nua-

nuata, subconvoluta, serrata, supra glabra, subtus villosa. *Flores* albi, terminales: *pedunculis* geminis et solitariis. *Fructus* subrotundus, magnitudine *Pruni avium*, ex nigro coeruleus rore glauco.

7) *P. spinosa* pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis, fructibus subrotundis. *Schleenpflaume, Schleendorn, Schwarzdorn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 997. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 751. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 132. *Sturm* D. Flor. I. 9. *Herb. Blackw.* t. 494.)

Frutex. Flor. April. Majo ante folia enata.

Hab. ad sepes ubique abunde.

Ab antecedente differt: *statura* minori, *ramis* copiosioribus magis divaricatis undique *spinis* validis floriferis obsessis, *foliis* lanceolatis s. elliptico-lanceolatis glabris, *pedunculis* terminalibus et lateralibus solitariis sparsis, *fructuque* duplo minore, maturo etiam maxime austero.

DIGYNIA.

224. CRATAEGUS, *Weißdorn.*

1) *C. Oxyacantha* spinosa, foliis obtusis subtrifidis serratis glabris, floribus corymbosis digynis, pedunculis calycibusque glabriusculis, laciniis calycinis lanceolatis acutis. *Gemeiner Weißd. Hagedorn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1005. *Pers.* syn. pl. II. p. 38. *Hoffm.* Germ. I. p. 224. *De Vest.* Man. bot. p. 758. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 132. *Kerner* VI. t. 43. *Jacq.* Austr. t. 292. f. 2. *Herb. Blackw.* t. 149. *Knorr.* thesaur. I. t. H. 4.)

Me-

Mespilus Oxyacantha Scopol. Carn. I. p. 344. *Mönch.* Meth. p. 684. *Smith.* Britan. Vol. II. p. 529. *Ehrh.* Beitr. B. 7. p. 134. *Willd.* Enum. p. 524.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad sepes et in dumetis ubique.

Frutex ad arboris altitudinem nonnunquam accedens: *ramis* alternis glabris rigidis aculeatis. *Lignum* pallidum, durum. *Folia* alterna, petiolata, subrhombea, glabra, laete viridia, subtriloba: *lobis* obtusis incisis, *medio* trifido. *Flores* pedunculati, terminales, corymbosi odoris peculiaris suburinosi. *Calyx* patentissimus. *Petala* 5 subrotunda, patentia, alba. *Stigmata* capitata. *Baccae* elliptico - subrotundae, glabrae, rubrae, pulpa lutea farinosa.

Variat *stylis* 3 et 5, *floribus* plenis et roseis.

2) *C. monogyna* spinosa, foliis acutis subtrifidis serratis glabris, floribus corymbosis monogynis, pedunculis calycibusque pubescentibus, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis. *Einweibiger Weißdorn, scharfblättriger Hagedorn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1006. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 292. f. 1.)

Mespilus monogyna Ehrh. Beitr. B. 7. p. 133. *Spreng.* Hal. p. 143. *Willd.* Enum. l. c.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. cum priori.

Differt a praecedente: *ramis* procerioribus, *foliis* supra magis splendentibus in *lobos* 3 aut 5 profundiores acutiores et angustiores plerumque integerrimos aut superne dentato - serratos divisis; *pedunculis* ramo-

mosis *calycibusque* plerumque pubescentibus, *laciniis calycinis* lanceolatis acuminatis et *floribus* monogynis.

Var. *stylis* 2 et *foliis* pinnatifidis.

3) *C. torminalis* inermis, foliis simplicibus subcordatis inaequaliter septemlobis subtus pubescentibus: lobis infimis divaricatis. *Elzbeer - Weißdorn, Darmbeerbaum.*

(*De Vest.* Man. bot. p. 759. *Roth.* Germ. I. p. 213. II. p. 543. *Wibel.* Werth. p. 254. *Jacq.* Austr. t. 443.)

Pyrus torminalis L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1021. *Ejusd.* Enum. p. 527. *Hoffm.* Germ. I. p. 227. *Smith.* Britan. Vol. II. p. 532. *Spreng.* Hal. p. 144. *Ehrh.* Beitr. B. 6. p. 92. *Mönch.* Meth. p. 681.

Sorbus torminalis Pers. syn. pl. II. p. 38.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis et nemoribus. (In sylvis *Gramschatz* et *Guttenberg.* In *saltu kitzingensi.* In nemorosis des *Steigerwaldes* versus *Falkenstein* et circa *Abbat. Heidenfeld.* Im *Huck* prope *Wipfeld.* In sylvaticis prope *Uettingen, Wolfsmünster, Sachsenheim, Wülfershaußen, Büchold, Prosselsheim, Mühlhaußen, Stetten ad Werram,* am *Klaushügel* prope *Klosterhaußen* alibique.)

Frutex aut *arbor* mediocris: *cortice* laevi rubro albo maculato. *Rami* alterni, erectiusculi, glabri, inermes. *Lignum* perdurum, album, intus fuscescens. *Folia* alterna, longius petiolata, cordato - ovata, subrotunda, duriuscula, supra glabra, subtus pubescentia, septemlobata: *lobis* inaequalibus acutis serratis erectis, *infimis* 2 divergentibus. *Petioli* tomentosi. *Corymbi* terminales et axillares, ramosi, am-

pli, multiflori: *pedunculis* tomentosis. *Calyces* patentes, acuti, lanati, albi. *Petala* subrotunda, calyce multo majora, alba. *Baccae* ellipticae, obtusae, maturitate fuscae, punctis albis notatae, pulposae, grate acescentes.

Var. *stylis* 3 et 4.

TRIGYNIA.

225. SORBUS, *Eberesche*.

1) *S. Aucuparia* foliolis serratis utrinque glabris, floribus trigynis, fructibus magnitudine floris. *Gemeine Eberesche, Vogelbeerbaum.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1008. *Ejusd.* Enum. p. 520. *Pers.* syn. pl. II. p. 38. *Hoffm.* Germ. I. p. 224. *De Vest.* Man. bot. p. 769. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 133. *Herb. Blackw.* t. 173. *Kern.* 3. t. 21.)

Pyrus aucuparia Smith. Britan. Vol. II. p. 533. *Moench.* Meth. p. 681. *Ehrh.* Beitr. B. 6. p. 94.

Mespilus aucuparia Scopol. Carniol. I. p. 346.

Arbor. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis, in dumetis, ad sepes et pagos ubique.

Arbor formosa variae altitudinis, *trunco* recto cortice cinereo obducto, *ramisque* multis longis alternis. *Lignum* perdurum, tenax, albidum. *Folia* alterna, petiolata, impari-pinnata: *foliolis* oppositis sessilibus lanceolatis acuminatis profunde et acute serratis, *junioribus* subtus pubescentibus, *impari* majore pedicellato. *Corymbi* terminales, pubescentes, ramosissimi, ampli, convexi, multiflori. *Flores* albi, odorati.

Bac-

Baccae globosae, nitidae, coccineae, succulentae, acidae, amaricantes.

Variat stylis 2 - 4 et 5.

2) *S. domestica* foliolis antice serratis subtus villosis, floribus pentagynis, fructibus flore multo majoribus. *Zahme Eberesche, Spierlingbaum, Sperling.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1009. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 39. *Hoffm.* Germ. p. 225. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 447. *Herb. Blackw.* t. 174.)

Pyrus domestica Smith. Britan. Vol. II. p. 532. *Mönch.* Meth. l. c. *Ehrh.* Beitr. B. 6. p. 95.

Arbor. Flor. Majo.

Hab. ad vias, ad pagos inque hortis.

Arbor saepe procera *ramis* alternis, *cortice* rimoso e cinereo fusco. *Folia* alterna, impari - pinnata: *foliolis* oblongis acutis a medio ad apicem serratis subtus villosis, demum denudatis. *Flores* odori, albi, terminales, racemoso - paniculati: *pedunculis* tomentosis. *Fructus*, quam in praecedente multo major, pyriformis aut subrotundus, glaber, ex viridi - flavo - rubro varius, demum pulposus edulis.

Arbor tardissime crescens et post annum plerumque sexagesimum primum fructifera.

PENTAGYNIA.

226. Mespilus, *Mispel.*

1) *M. Cotoneaster* foliis ovatis integerrimis subtus tomentosis. *Quitten - Mispel.*

(*L.*

L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1012. *Ejusd.* Enum. ;22. *Pers.* syn. pl. II. p. 39. *Hoffm.* Germ. I. 25. *De Vest.* Man. bot. p. 773. *Schmidt.* Baumz: 9.)

rus cotoneaster Mönch. Meth. p. 681.

tex. Flor. April. Majo.

Hab. in montosis, ruderatis. (Copiose ad ntem *Kalbenstein* prope *Karlstadt* et inter vineas lem. Inter ruinas arcis *Karlsburg* alibique rarius.)

Frutex 3 - 4 - 6 - pedalis, erectus, ramosissimus, *tice* cinereo glaberrimo, *ramis* alternis divergenti- s. *Folia* alterna, breviter petiolata, ovata, acu- iscula integerrima, supra glabra, laete viridia, btus albo - tomentosa. *Pedunculi* laterales termi- lesque, breves, pubescentes, subnutantes, ramo- , 3 - 4 - flori, rarius simplices uniflori. *Flores* par- :. *petalis* subrotundis albidis aut roseis. *Baccae* sub- biculatae, glaberrimae, rubrae, pulposae, subau- erae, 3 - rarius 5 - spermae.

Variat saepissime *stylis* 3, etiam 4.

227. PYRUS, *Birnbaum.*

1) *P. communis* foliis ovatis serratis utrinque labris, floribus corymbosis, fructibus basi productis. *emeiner Birnb. Holzbirne.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1016. *Ejusd.* Enum. . 526. *Pers.* syn. pl. II. p. 40. *Hoffm.* Germ. I. . 226. *De Vest.* Man. bot. p. 774. *Kern.* III. t. 31. *Herb. Blackw.* t. 453).

Arbor. Flor. *April. Majo.*

Hab. in sylvis, agris, ad vias et pagos bicunque.

Ar-

Arbor saepe excelsa, longaeva, *cortice* griseo demum rimoso, *ramis* erectis plerumque spinescentibus: *ramulis* dependentibus. *Lignum* compactum, durum, ex rubro luteum. *Folia* alterna, petiolata, elliptica, serrata, glabra, nitida, pendula: *juniora* villosiuscula. *Flores* speciosi, nivei, terminales, corymbosi: *pedunculis* villosis congestis elongatis. *Fructus* obverse conicus aut ovato - subrotundus, basi productus, durus, valde acerbus, maturitate emollitus flavescens.

Innumerae hujus in hortis nostris atque vineis coluntur variationes figura, magnitudine, colore, sapore et tempore maturationis fructuum distinctissimae. (*Vid. Majer. Pomon. francon.* Tom. III.)

2) *P. Malus* foliis ovatis serratis subtus subtomentosis, umbellis sessilibus, fructibus basi umbilicatis. *Apfelbirne; gemeiner Apfelbaum, Holzapfel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1017. *Ejusd.* Enum l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vat.* Man. bot. l. c. *Kern.* III. t. 23. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 134. *Herb. Blackw.* t. 141 et 178.)

Malus sylvestris Moench. Meth. p. 682.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. cum priori.

Frutex plerumque *arbor*: *cortice* cinereo, in annosioribus e cinereo - nigricante, rimoso. *Rami* alterni *ramulique* tortuosi magis quam in praecedente horizontales. *Folia* petiolata, alterna aut fasciculata, ovata, acuminata, serrata, glabra: *juniora* praecipue subtus pubescentia. *Pedunculi* umbellato - congesti, brevissimi, uniflori, villosi. *Flores* odorati, speciosi. *Petala* alba, extus rubello mixta. *Fructus* sub-

rotundus, basi excavatus, carnosus, succulentus, lus.

Fructus ratione magnitudinis, figurae, coloris, oris et maturationis temporis in hortis nostris addum variant. (*Vid. Majer. Pomon.* Tom. III.)

3) *P. Cydonia* foliis integerrimis, floribus soxriis. *Quittenbirne, Küttenbaum.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1020. *Hoffm.* Germ. 226. *De Vest.* Man. bot l. c. *Jacq.* Austr. t. 342. rb. *Blackw.* t. 137. *Knorr.* thesaur. I. t. Q.)

·donia cydonia Pers. syn. pl. II. p. 40.

vulgaris Willd. Enum. p. 528.

utex. Flor. Maj. Junio.

Hab. prope urbem Cydon in Insula Creta apud nos ad sepes hinc inde quasi sponte. Ad sepes vinearum prope *Unterdürrbach*, dem *rothen reütze*, des *Steinberges* inter *Retzbach* et *Karlstadt* in monte *Kalbenstein*. In vineis des *Grombühels*, n *mittleren Sand*, ad marginem *sylvae sellensis* versus em *Gasthauße* alibique rarius.)

Frutex altus, ramosissimus: *ramis* alternis inerıibus, *junioribus* tomento albo dense obsessis. *Lignum* perdurum, tenax, luteo-albidum. *Folia* alterà, ampla, ovalia, obtusiuscula, integerrima, supra labra, nitida, subtus albo-tomentosa: *petiolis* breibus tomentosis. *Flores* magni, speciosi, albi, soitarii, *pedunculis* brevissimis insidentes. *Calyx* tonentosus, quinquefidus: *laciniis* serratis. *Fructus* nagnus, austerus, luteus, tomento albo obsessus, otundus.

Var. *fructibus* basi productis pyriformibus. (*Birnquitte.*)

228. Spiraea, Spierstaude.

1) *Sp. Aruncus* foliis supradecompositis, spicis paniculatis, floribus polygamis. *Geisbart - Spierst. wilder Bocksbart.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1060. *Ejusd.* Enum. p. 542. *Pers.* syn. pl. II. p. 46. *Hoffm.* Germ. I. p. 227. *De Vest.* Man. bot. p. 775.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab: in nemorosis montosis. (In sylvis *Waldskugel*, *Gramschatz* et *Guttenberg* rarissime. In sylvaticis prope *Haltenbergstetten*, *Röttingen*, im *Ochsgrund*, im *Steigerwald* versus *Zabelstein*, prope *Kitzingen*, ad montem *Schwamberg* alibique infrequens)

Caules e radice plures, erecti, 2 - 3 - 4 - pedales et altiores, sulcato - angulati, glabri, medulla alba farcti. *Folia* amplissima, alterna, petiolata, supradecomposita: *foliolis* oppositis ovatis argute duplicato - serratis pedicellatis glabris mucrone praelongo terminatis: *impari* longius pedicellato 2 - 3 - loba. *Pedunculi* longi, basi incrassati. *Panicula* terminalis, maxima, composita *spicis* erectis filiformibus ramosis nudis. *Flores* parvi, albi, conferti, polygami.

2) *Sp. Filipendula* foliis interrupte pinnatis: foliolis uniformibus interrupte serratis glabris, floribus cymosis polygynis. *Knollige Spierst. Filipendel, rother Steinbrech.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1061. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Sturm.* D. Flor. I. 18. *Herb. Blackw.* t. 467.)

Filipendula vulgaris Moench. Method. p. 663.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in pratis, in nemorosis. (In pratis prope oppidulum *Aub* et *Ochsenfurth* raro. In graminosis juxta Moenum prope *Volkach* versus *der Hallburg.* In pratis *salae* prope *Kissingen* et in nemorosis versus der *Cascate* ibidem. Hinc inde juxta dem *Haag* prope *Karlstadt*, in montibus *Soden* - et *Reißenberg* alibique raro.)

Radix e tuberibus ellipticis, inaequalibus, extus fuscis, intus albis, carnosis, in fila attenuatis composita. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, tenuis, simplex, glaber, angulatus. *Folia* longa, impari pinnata: *pinnis* sessilibus glabris inciso - dentatis *minoribus* palmatis immixtis, *impari* 3 - loba: *radicalia* in orbem digesta petiolata, *caulina* alterna erecta sessilia amplexicaulia. *Stipulae* adnatae, dentatae, rotundatae. *Panicula* terminalis, cymosa, erecta, multiflora, subdichotoma. *Flores* secundi, albi, extus rubelli.

3) *Sp. Ulmaria* foliis interrupte pinnatis subtus tomentosis, foliolis inaequalibus lobatis: impari tripartito, floribus polygynis. *Sumpfspierstaude, Johanniswedel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 47. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 776. *Sturm.* D. Flor. I. 18. *Herb.* *Flackw.* t. 465.)

Ulmaria palustris Mönch. Meth. p. 663.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis humidis umbrosis, et ad ripas ubique.

Caulis 3 - 4 - pedalis, erectus, firmus, sulcatus, glaber, simplex. *Folia* alterna, petiolata, interrup-

te pinnata: *foliolis* maxime inaequalibus lobatis serratis subtus tomentoso - albis, *impari* maximo trilobo. *Stipulae* amplexicaules, subrotundae, dentatae. *Flores* parvi, albi, terminales, cymosi: *cyma* intermedia sessili, *reliquis* longe pedunculatis.

POLYGYNIA.

229. Rosa, *Rose.*

Germinibus globosis.

1) *R. lutea* fructibus globosis pedunculisque glabris, calycibus petiolisque spinulosis, aculeis ramorum sparsis rectis. *Gelbe Rose, Wanzenrose, türkische Sammtrose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1064. *Ejusd.* Enum. p. 543. *Hoffm.* Germ. I. p. 228. *De Vest.* Man. bot. p. 788. *Knorr.* thesaur. I. t. R. 11.)

R. chlorophylla Ehrh. Beitr. B. 2. p. 69.

R. eglanteria Pers. syn. pl. II. p. 47. *Roth.* Germ. I. p. 217. II. p. 553. *Wib.* Werth. p. 263.

R. punicea Mill. Dict. no. 12.

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sepibus (Ad sepes hortorum vor dem *neuen* et *burkarder Thore* inque vineis des *Galgenberges* passim raro. Ad sepes prope *Kleinochsenfurth* et alibi.)

Frutex orgyalis fere, ramosissimus: *cortice* rubescente. *Aculei* trunci et ramorum pauci, sparsi, recti. *Foliola* ovato - oblonga, utrinque glabra, odorata, duplicato et argute serrata. *Petioli* hispidi. *Pedun-*

iculi solitarii, glabri, uniflori. *Germen* subglobo- n, glabrum. *Laciniae calycinae* pinnatae, glan- .iferae. *Petala* speciosa, magna, subemarginata, ra.

Variat petalis extus flavis, intus puniceis. (*R. bi- or Jacq. hort. vind. I. p.* 1.)

Odor florum peculiaris, foetidus.

2) *R. cinnamomea* fructibus globosis pedunculque glabris, aculeis stipularibus, petiolis subiner- :bus, foliolis oblongis obtusis basi attenuatis. *Zimmt- ie, Mayrose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1065. *Ejusd.* Enum. l. c. *urs.* syn. pl. II p. 47. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* :an. bot. p. 786.)

. *collincola Ehrh.* Beitr. B. 2. p. 70.

. *foecundissima Roth.* Germ. I. p. 218. II. 557.

rutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis, in eorum sepibus inque vi- eis passim.

Frutex 4 - 6 - pedalis, erectus, ramosissimus: *ra- mis* alternis erectis purpurascentibus splendentibus. *Aculei* sparsi, plerumque axillares, apice recurvi. *Foliola* 5 - 7 oblonga, obtusa, simpliciter serrata, asin versus integra et angustiora, eglandulosa, sub- us pubescentia, pallidiora. *Petioli* subtomentosi, ncani, subtus plerumque aculeati. *Stipulae* fere nembranaceae, reticulatae, superne serrulatae, glan- lulosae. *Pedunculi* terminales, solitarii, breves, uni- lori, glabri, purpurei. *Germen* exiguum, globosum, glaberrimum. *Laciniae calycinae* subulatae, pube- scentes, integrae, apice saepissime foliaceae; *tribus*

 ple-

plerumque corolla multo longioribus. *Flores* parvi pallide rubri. *Fructus* maturus phoeniceus.

Extra hortos floribus semper plenis occurrit.

3) *R. arvensis* germinibus globosis pedunculisque elongatis glabris, caule repente petiolisque aculeatis, floribus subcymosis, stylis basi cohaerentibus elongatis. *Feld - Rose*, *Kriechrose*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1066. *Pers.* syn. pl. l. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

R. Herporhodon *Ehrh.* Beitr. *B.* 2. p. 71.

R. repens *Scopol.* Carniol. I. p. 355. *Gmel.* Ba. II. p. 418.

R. fusca *Mönch.* Method. p. 688.

Frutex. *Flor.* *Jun. Julio.*

Hab. in sylvis et ad eorum margines: (In sylvis *Waldskugel*, *Guttenberg*, *Zell* alibique.)

Frutex 3 - 6 - pedalis *funiculis* foliosis longe supra terram serpentibus. *Aculei* validi, sparsi, recurvi vel, in ramis floriferis praesertim, saepe tantum stipulares. *Foliola* 5 - 7 ovata, acuta, serrata, utrinque glabra, supra laete viridia, subtus pallidiora. *Petioli* aculeati. *Stipulae* breves, glanduloso - ciliatae. *Pedunculi* terminales, erecti, glanduloso - scabri, inermes, uniflori, 3 - 5 subcymosi, rarius solitarii. *Flores* speciosi, odorati. *Laciniae calycinae* villosiusculae, 3 pinnatifidae, reliquae integriusculae. *Petala* obcordata, alba. *Styli* praelongi, villosi, basi in columnam coaliti. *Fructus* globosi, glabri, atrosanquinei.

4) *R. spinosissima* germinibus globosis pedunculisque glabris, aculeis caulinis numerosissimis inaequa-

[a]qualibus rectis setaceis, foliolis subrotundis glabris. *[K]elstachlige Rose, weiße Stachelrose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1067. *Pers.* syn. pl. p. 48. *[Ho]ffm.* Germ. p. 229. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

[Fr]utex. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad margines agrorum, in ruderatis dumetis. (Ad agros prope *Versbach*, *Rimpar*, *[Ru]nstein*, *Schlüsselfeld* et *Seßlach*. In lapidosis juxta *[si]lvam vitihoechheimensem* procul den Ruinen der *Ra[ve]nspurg.* Ad montem *Kalmut*, am *Kalbenstein* prope *[K]arlstadt*, am *Schwamberg* versus *Kitzingen*, ad mon[t]em *Hohwann* prope *Haßfurth* et juxta der *Vogels[b]erg* versus *Volkach.* In dumetosis prope *Homburg*, *[S]tub* et alibi, sed raro.)

Frutex 1 - 2 - 3 - pedalis, interdum orgyalis, acu[l]eatissimus, *cortice* rubello obductus. *Aculei* confer[ti]ssimi, recti, validi, minoribus et flexilioribus im[m]ixtis. *Foliola* minima, subsessilia, 7 - 9, fere or[b]iculata, glabra, aequaliter serrata. *Petioli* glabri, [a]culeolati. *Stipulae* angustae, acutae, ciliatae. *Pe[d]unculi* terminales, solitarii, uniflori, erecti, glabri, [i]nermes, saepe aculeati. *Laciniae calycinae* integer[r]imae. *Petala* emarginata, alba: *ungue* lutescente. *[F]ructus* globosus, glaberrimus, splendens, purpureus, [s]emum niger exsuccus.

5) *R. villosa* germinibus globosis pedunculisque [h]ispidis, aculeis caulinis sparsis rectiusculis, foliolis [e]llipticis utrinque tomentosis. *Zottige Rose, Hahnen[h]uttenrose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1069. *Ejusd.* Enum. p. 544. *[P]ers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* [M]an. bot. p. 788. *Knorr.* thesaur. II. t. R. 9. a.)

R. po-

R. pomifera Borkh. Holz. p. 309.

Frutex. Flor. Majo — Julio.

Hab. in dumetis, ad sepes inque vi[illegible] passim.

Frutex fortis 4 - 6 - pedalis et altior, ramo[illegible] mus: *ramis* brevibus erectis, *junioribus* toment[illegible] *Truncus* laevis, glaber: *aculeis* sparsis raris p[illegible] validis, fere rectis. *Foliola* elliptica, serrato-[illegible] tata, utrinque subtus praecipue tomentosa. *P[illegible]* cum *costa* tomentosi, subtus aculeati. *Stipulae* li[illegible] res, acutae, margine subsericeae, glandulosae. [illegible] *dunculi* terminales, uniflori, plerumque solitarii, [illegible] rius bini, setis rigidis apice glanduliferis mur[illegible] *Laciniae calycinae* elongatae, tomentosae, dorso [illegible] ricatae: *tribus* plerumque semipinnatis. *Petala* [illegible] cordata, emarginata, pallide rubra. *Fructus* ma[illegible] undique muricatus, splendens, maturus rubro-[illegible] rescens, pulposus.

Variat germinibus inermibus. (*R. mollissima W[illegible] prodr. Fl. berol. no.* 1237.)

Germinibus ovatis.

6) *R. rubiginosa* germinibus ovatis pedun[illegible] que hispidis, aculeis caulinis aduncis, foliolis ell[illegible] cis subtus glanduloso - rubiginosis. *Rostrose, W[illegible] rose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1073. *Ejusd.* Enum. p. [illegible] *Pers.* syn. pl. p. 49. *Hoffm.* Germ. l. c. *De* [illegible] Man. bot. p. 787. *Jacq.* Austr. t. 50. *Ehrh.* B[illegible] B. 4. p. 22. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 134. *Sturm.* [illegible] Flor. I. 18.)

Frutex. Flor. Majo — Julio.

H

Hab. ad vias, ad sepes inque dumetis ubi-
s.

Frutex 5 - 8 - pedalis, robustus, valde ramosus, *ice* truncorum et ramorum vetustiorum rubello, *torum* viridi, splendente. *Aculei* validi, compres- adunci, sparsi, flavescentes. *Foliola* 5 - 7 - 9 sub- silia, ovata, acuminata, duplicato - glanduloso - rata, fragrantia, viscosa, supra saturate viridia, stus pallidiora punctis resinosis rubiginosa. *Petioli* is glandulosis glutinosis adspersi, subtus aculeis rvis aduncis armati. *Stipulae* sagittatae, acutae, rgine glanduloso - ciliatae. *Pedunculi* terminales, nplices uniflori, aut divisi bi - triflori, setis rigi- s capitatis muricati. *Laciniae calycinae* lanceola- e, intus tomentosae, extus pilis capitatis glutino- s hispidae: *tribus* plerumque pinnatifidis, interdum nnibus integris. *Petala* obcordata, rubra: *unque* al- ido aut flavescente. *Fructus* subrotundo - ovatus, asi hispidus, farinosus, phoeniceo - purpureus.

Variat saepissime floribus semiplenis.

7) *R. canina* germinibus ovatis pedunculisque labris, aculeis caulinis aduncis, foliolis ovatis acu- inatis glaberrimis. *Hundsrose, Heckenrose, Hagen- uttenrose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1077. *Ejusd.* Enum. p. 547. *ers.* syn. pl. p. 50. *Hoffm.* Germ. p. 230. *De Vent.* Ian. bot. p. 768. *Herb. Blackw.* t. 8. *Knorr.* thes. t. R. 4. *Sturm* D. Flor. I. 18.)

rutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumetis, ad sepes ubique fre- uens.

Frutex fortis, 5 - 10 - pedalis et altior: *ramis* ongatis erecto - patentibus. *Aculei* sparsi, validi,

com-

compressi, adunci, rubicundi. *Foliola* 5 - 7 subsessilia, ovata, acuminata, inaequaliter argute serrata inodora, utrinque nuda et glaberrima. *Petioli* glabri, subtus aculeis curvatis praediti. *Stipulae* glabrae margine tenuissime ciliatae. *Pedunculi* terminales uniflori, glaberrimi, solitarii, interdum bini aut terni. *Laciniae calycinae* ciliatae, glandulosae, petala adaequantes: *tribus* plerumque pinnatifidis, reliquis integris. *Petala* obcordata, non raro biloba, odorata, pallide rubella, saepe albida. *Fructus* ovatus glaber, coccineus, pulposus, grate acescens.

8) *R. centifolia* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiolis inermibus. *Hundertblättrige Rose, gemeine Gartenrose*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1071. *Ejusd.* Enum. p. 5 *Pers.* syn. pl. p. 48. *Knorr.* thesaur. t. R.)

Fruticulus. Flor. Jun. Julio.

Hab. in vineis inque hortis cum pluribus variationibus.

Fruticulus notissimus: *ramis* paucis elongatis erecto - patentibus *truncoque* inferne praecipue hispidis aculeatis. *Foliola* ovata, argute serrata, supra glabra saturate viridia, subtus pilosiuscula pallidiora. *Petioli* glabri, inermes, glandulosi. *Pedunculi* terminales elongati, hispidi, simplices uniflori, aut divisi triflori. *Laciniae calycinae* semipinnatae, apice versus glandulosae. *Flores* rosei, elegantissimi, odore pergrato, subnutantes, semper pleni. *Fructus* hispidus, interdum glaber, maturus ruber, pulposus

9) *R. alba* germinibus ovatis glabris, pedunculis hispidis, aculeis caulis et petiolorum sparsis uncis. *Weiße Rose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1080. *Ejusd.* Enum. p. 548. *rs.* syn. pl. p. 49. *De Vest.* Man. bot. p. 788. *rb. Blackw.* t. 73. *Knorr.* thesaur. I. t. R. 6.)

utex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in hortis, in vineis, ad eorum muros sepes passim.

Frutex fortis, 4 - 9 - pedalis, ramosissimus, *corce* viridi splendente obductus. *Aculei* validi, sparsi, ecurvi: *basi* valde dilatati. *Foliola* ovata, supra labra, subtus plus minusve villosa, aut scabra, arute serrata: *serraturis* plerumque glandulosis. *Petioli* villosi, subtus aculeolis sparsis viridibus, et basi glandulis pedicellatis praediti. *Pedunculi* terminales, pedicellato - glandulosi. hispidi, uniflori, solitarii, aut bini et terni. *Laciniae calycinae* [illegible] atae, pleraeque basi pinnatifidae. *Petala* speciosa, nivea. *Fructus* maturus fere glaber, fusco - purpurens.

Flores plerumque semipleni.

230. RUBUS, *Himbeere.*

1) *R. idaeus* foliis quinato - pinnatis ternatisque subtus tomentosis, petiolis canaliculatis, caule aculeato. *Gemeine Himb. Hohlbeere.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1081. *Ejusd.* Enum. p. 548. *Pers.* syn. pl. II. p. 52. *Hoffm.* [illegible] I p. 230. *De Vest.* Man. [illegible] *Herb. Blackw.* t. 289. *Knorr.* thesaur. II. t. R. 1.)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, in saxosis et in nemoribus. (Ad muros et inter munimenta arcis *Marienburg*, in saxosis *montis Zellensis*, am *Hexenbruch* et in *monte Nicolai.* Inter ruinas der *Karlsburg*, des *Zabelsteins* et des *Reichelsperges* prope *Aub.* In nemorosis sylvarum *Guttenberg* et *Kitzingen*, alibique.)

Simillima antecedenti, a qua differt: *foliis* ex ovato oblongis dentato-angulatis, *infimis* reliquis angustioribus et minoribus, *floralibus* plerisque trilobis: *lobo intermedio* elongato. *Calyces* villosissimi, purpurascentes.

Variat *floribus* albis et rubentibus.

3) *A. reptans* erecta glabra, stolonibus reptantibus. *Sprossender Güns. Wiesengüns. Zapfenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 10. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schr.* pl. vert. unilab. p. XXII. *Herb. Blackw.* t. 64. f. 1. *Knorr.* thesaur. II. t. A. 8.)

Bugula reptans Scop. Carn. l. c. *Moench.* Meth. p. 381.
Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, glaber, simplex, basi *stolones* supra terram repentes non floriferas emittens. *Folia* ovalia, obtusa, crenata, glabra: *summa* plerumque colorata. *Verticilli* densi, multiflori, villosi: *inferiores* remotiores. *Flores* coerulei.

Va-

ariat non raro *caule* basi stolonibus destituto at-
'loribus violaceis, rubentibus et albis.

) *A. chamæpytys* caule diffuso, foliis linearibus
is, floribus axillaribus solitariis folio brevioribus.
·- *Güns. Schlagkraut, Herzkraut, Erdkiefer, Feld-*
sse.

L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.*
ı. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t.
Schr. pl. vert. unil. p. XXIV.)
'eucrium chamæpytys Linn. sp. pl. I. p. 787.
Iugula chamæpytys Scop. Carn. I. p. 417.
h. Erf. p. 77.
Flor. Majo-Julio.

lab. in agris, in arenosis et saxosis
tanis. (In arenosis versus *Eivelstadt*, *Fricken-*
sen, inter *Kleinochsenfurth* et den *erlacher Seen*,
ı dem *Capuzinerkloster* prope *Ochsenfurth*, versus
Wolfgangs-Kapelle, et in arenosis non procul
a versus *Eichelsee* passim. In arenosis hinc inde
us. *Veitshoechheim*, *Thüngersheim*, *Retzbach*, *Thün-*
Stetten, *Karlsstadt* etc. In montosis prope *Retz-*
ı versus *der neuen Anlage*, prope der *Karlsburg*,
ıus der *Sejfriedsburg* infra *Gemünden*, auf dem
berg prope *Arnstein*, alibique infrequens.)

Caulis digitalis et palmaris, procumbens, diffusus,
osus, *inferne* ramosus. *Folia* viscida, pubescentia,
osita: *infima* petiolata lanceolata obtusa integra,
ıua sessilia profunde tripartita: *laciniis* linearibus
egerrimis subrevolutis. *Flores* axillares, solitarii,
ıositi, subsessiles. *Calyx* pubescens. *Corollæ* par-
, flavæ, sæpius rubro punctatæ. *Filamenta* basi
bata.

Planta amara, aromatica.

258. Teucrium, *Gamander.*

1) *T. Botrys* foliis multifidis, floribus axillaribus ternis pedunculatis, caulibus diffusis. *Trauben-Gamand.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 14. *Ejusd.* Enum. p. 596. *Pers.* syn. pl. II. p. 110. *Hoffm.* Germ. II. p. 2. *Ejusd.* Germ. ed. 1791. t. 9. *De Vest.* Man. bot. 369. Schreb. pl. vert. unil. p. XXXII.)

Chamaedrys botrys Moench. Meth. p. 383. *Bernh.* Erf. p. 77.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in arenosis saxosis sterilibus, ad vias, inque montosis fere ubique.

Caulis palmaris et altior, ramosissimus, diffusus. *Folia* opposita, petiolata, pilosa, recurva, multifida: *laciniis* parallelis 2-3-5-fidis integris obtusis. *Flores* pedunculati, axillares, plerumque terni, dimidiatim verticillati, foliis breviores. *Calyx* hirsutus, basi striatus, valde gibbus. *Corolla* rubella, medio alba, punctis rubris conspersa. *Semina* fusca, punctata, subreniformia.

Herba viscida, aromatica, subvinosa.

2) *T. Scorodonia* foliis cordatis serratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. *Wilder Gam. Scorodonie.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 24. *Ejusd.* Enum. p. 597. *Pers.* syn. pl. p. 111. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 370. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXXIX. *Herb. Blackw.* t. 9.)

Scorodonia heteromalla Moench. Meth. p. 384.

Perenn. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. in saxosis et montosis ubique fere.

Re-

lix repens. *Caulis* 1 - 2 - pedalis, erectus *vel* de-
is, villosus, parum ramosus. *Folia* opposita, pe-
, cordato - ovata, obtusiuscula, acute serrata, ru-
x atro virentia, pilis brevissimis obsessa, *summa*
subrotunda integerrima acuta mucronata. *Ra-*
xillares et terminales, prælongi, adscendentes,
li, laxi, nudi: *pedunculis* brevissimis simplicibus.
venosus, glaber: *dentibus* aristatis. *Corollae*
eucæ *aut* e viridi albidæ: *tubo* longo. *Stamina*
rascentia, recta, *deflorata* reflexa.
:rba valde amara, aromatica.

T. Scordium foliis oblongis sessilibus denta-
rratis, floribus axillaribus pedunculatis geminis,
diffuso. *Knoblauchduftender Gam. Wasser - Ga-*
Lacken - Knoblauch.

. sp. pl. ed. *Willd.* p. 27. *Ejusd.* Enum. p. 598.
syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man.
. c. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXXVII. *Herb. Blackw.*
.)
hamædrys Scordium Moench. Meth. p. 384.
n. Flor. Julio - Septembri.

ab. in pratis subhumidis, in nemorosis
idis et ad ripas udas. (In graminosis humi-
:ope *Wolfsmünster*, *Græfendorf*, *Schunderfeld* et
inden raro. In pratis humidis circa *Abb. Heiden-*
in den *Lacken*, in den *Marrbachsfeldorn* et juxta
m *Anspach* ibidem. In nemorosis humidiusculis
Guttenberger, Kitzinger, Bromberger et *Steiger-*
les passim. Etiam in locis demissioribus humi-
er *Waldskugel* specimina plura legi.

adix fibrosa. *Caulis* palmaris, pedalis et major,
decumbens stolonifer, tunc erectus, ramosus, te-
mus, pubescens, *inferne* glabrior. *Folia* opposita,
ses-

sessilia, elliptico-oblonga, obtusa, patentia, dentato-serrata, subrugosa, tenuissime pubescentia, canescentia. *Flores* in singulis verticillis plerumque 4 erecti, breviter pedunculati, foliis triplo breviores. *Calyces* villosi. *Corollæ* purpurascentes, rarius albidæ.

Planta amara, aromatica, *Allium* redolens.

4) *T. Chamædrys* foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, floribus axillaribus pedunculatis ternis, caule procumbente subpiloso. *Gemeiner Gam. Edelgamander, Bathengel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 28. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXXII. *Herb. Blackw.* t. 180.)

Chamædrys officinalis Moench. Meth. p. 383. *Bernh.* Erf. p. 77.

Suffrutex Flor. Junio-Augusto.

Hab. in apricis, asperis, in saxosis et ad vinearum muros copiose.

Radix lignosa, romosa, repens. *Caules* digitales et palmares basi decumbentes et lignosi, dein adscendentes, obsolete quadranguli, ramosi, pilosi. *Folia* opposita, in petiolos breves desinentia, firma, nitida, pilosiuscula, cuneiformi-ovata, obtusa, inciso-serrata, basi integerrima: *superiora* sessilia oblonga acuta basi rotundata supra medium dentata, *summa* acuminata angustiora plerumque integerrima verticillis breviora. *Flores* pedunculati, axillares, subterni, dimidiatim verticillati. *Calyx* pilosus, pedunculo longior. *Corollæ* purpurascentes, interdum albidæ.

Planta amariuscula, aromatica.

5) *T. montanum* floribus corymboso-capitatis, demi-

is calycinis acutis muticis, foliis lanceolatis in- mis subtus tomentosis. *Berg - Gamander.*

sp. pl. ed. *Willd.* p. 31. *Ejusd.* Enum. l. c. syn. pl. p. 112. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* ot. l. c. *Schr.* pl. vert. unil. p. L.)

m tomentosum Moench. Meth. supplem.

ex. Flor. Junio - Augusto.

vb. in apricis montosis. (In monte *Kal*-n prope *Karlenburg* et in monte *Kalmut* co- Iu apricis hinc inde versus der *neuen Anlage* *Retzbach* et circa *Thüngen.* Passim etiam in circa der *Karlsburg* et inter ruinas ibidem, ali- rarius.)

dix lignosa, ramosa, repens. *Caules* digitales et res, procumbentes, apicibus erecti, ramosissimi, te tetragoni, subvillosi, basi fruticulosi: *juniores* pue albo - tomentosi. *Folia* brevissime petiola- posita, conferta, firma, nitida, lanceolata, obtu- la, utrinque attenuata, integerrima, revoluta, tomento albo denso tecta. *Flores* pedunculati, rti, corymboso - capitati: *capitulis* terminalibus iis erectis densis basi laxioribus, *fructiferis* ma- ongatis fere spicæformibus. *Bracteæ* foliis simi- d angustiores. *Calyces* angulati, glabri: *dentibus* simis non mucronatis: *Corollæ* albidæ, *vel* pallide entes.

T. supinum floribus corymboso - capitatis, den- calycinis acutis mucronatis, foliis linearibus in- rimis subtus tomentosis. *Niedriger Gamander.*

. sp. pl. ed. *Willd.* p. 32. *Pers.* syn. pl. l. c. n. Germ. ed. 1791. p. 201. *De Vest* Man. bot. p. *Jacq.* Austr. t. 417.)

Suffru-

Suffrutex. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis apricis. (In monte *Hohenn* prope *Hassfurth*, in *montis Kalbensteinensis* parte septentrionali, et ad rupes et muros vetustos arcis *Karlsberg* cum præcedente.)

Maxime affine antecedenti, a quo *caulibus* brevioribus densius tomentosis, *foliis* angustioribus linearibus acutiusculis magis adhuc confertis, *capitulis florum* minoribus rotundioribus, *calycibus* pubescentibus: *dentibus* mucronatis, et *corollis* parum minoribus modo differt.

An sit *Teucrium supinum T. montani* varietas, uti *Ill. Schreberus in Dissert. de plantis verticillat. unilabiatis p.* L. assumit, contendere haud possum. Ambo saltem hæ plantæ, quoad eas in horto nostro botanico observavi, differentias supra allatas constanter retinuere.

259. SATUREJA, *Saturey.*

1) *S. hortensis* foliis lanceolatis integerrimis, caule brachiato. *Garten-Satur. Bohnenkraut, Pfefferkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 45. *Ejusd.* Enum. p. 599. *Pers.* syn. pl. II. p. 113. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 156. *Herb. Blackw.* t. 419. *Sturm.* D. Flor. I. 5.)

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in Italia, in Gallia narbon. et in Hispania. (Colitur in vineis et in hortis abunde, ubi seminibus dissipatis nonnunquam sponte quasi crescere videtur.)

Caulis palmaris *aut* pedalis, erectus, setuloso-

aspe-

basi lignosus, ramosissimus: *ramis* brachiatis. pposita, subsessilia, firma, setuloso-aspera, lilanceolata, integra. *Pedunculi* axillares, 2-3-, subcymosi. *Calyx* tubulatus, striatus, subæ- *Corollæ* pallide coeruleæ s. rubentes.

ba fragrans, aromatica, amara.

260. Hyssopus, *Isop.*

H. officinalis floribus verticillatis racemondis, foliis lineari-lanceolatis. *Gemeiner Isop.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 47. *Ejusd.* Enum. p. *ers.* syn. pl. II. 114. *Hoffm.* Germ. II. p. 2. *De* lan. bot. p. 380. *Jacq.* Austr. t. 254. *Herb.* '. t. 296. *Sturm.* D. Flor. I. 3.)

lgaris Bernh. Erf. p. 81.

. *Flor. Julio-Septembri.*

b. in hortis et ad muros. (In hortis et etiam in vineis quasi sponte provenit. In *mu-idanis* e. gr. versus dem *Stockhausse* juxta *moe-* :equentissime spontanea, alibique.)

dix lignosa, ramosa. *Caules* plures, pedales, sesales et altiores, oblique erecti, teretes, scaali, simplices, basi frutescentes. *Folia* opposita, silia, patentia, lanceolata, acuta, utrinque punctntegerrima, marginibus aculeato-scabra. *Stipu-* osæ, lanceolatæ. *Bracteae* conformes, sed brevio- angustiores. *Flores* pedunculati, axillares, ver- :o-racemosi: *racemis* secundis elongatis. *Corol-* rumque coeruleæ, sæpe etiam rubræ et albæ. *aa* recta, corolla longiora, ejusque coloris.

:rba aromatica, amara, subcamphorata.

Blackw. t. 41.)

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in ruderatis, ad vias, muro frequens.

Caulis 2-pedalis et altior, erectus, drangulus, sulcatus, ad angulos hirtus, ra brachiatis. *Folia* opposita, sessilia, rugos rato-pinnatifida, incisa, crenata. *Flores* vissime pedunculati, spicati. *Spicæ* termi multifloræ, filiformes paniculatæ. *Calyces* tagoni. *Corollæ* fauce coarctatæ, parvæ, albo rubescentes. *Stamina* brevissima, in globosum *Semina* verrucosa.

262. NEPETA, *Katzenmi*

1) *N. Cataria* floribus spicatis, v pedicellatis, foliis petiolatis cordatis den *Gemeine Katzenm.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 49. *Ej* 600. *Pers.* syn. pl. II. p. 114. *Hoffm.* G *De Vest* Man. bot. p. 379. *Herb. Blacku* *Cataria vulgaris Moench.* Meth.

passim. (Ad vias et *moeni* ripas versus *echheim*, *Thüngersheim*, *Retzbach* et *Karlstadt*. ratis et inter ruinas *arcis Karlsburg* ibidem. Ad ersus *Karlenburg* et *Stetten*. Ad ripas *moeni* et ratis circa *Ochsenfurth*, *Frickenhaussen*, *Sulz*- *Volkach*, *Kitzingen*, *Wipfeld*, *Hirschfeld*, et

nta tota incano-tomentosa. *Caulis* sesquipeda- -pedalis, erectus, tetragonus, ramosus: *ramis* tis erectis conformibus. *Folia* opposita, petio- eflexo-patentia, cordato-ovata, acuta, dentato- , rugosa. *Spicae* terminales, obtusae, verticilla- altiflorae, interruptae: *florum fasciculis* pedi- foliolosis. *Calyces* nervosi: *dentibus* aequa- setaceis. *Corollae* albae: *labio* intus punctis ndis *aut* purpurascentibus notato.
rba odore aromatico, fragrante, felibus per-

263. MENTHA, *Münze.*

Spicatae.

M. sylvestris spicis villosis cylindraceis itinuis, foliis ovato-oblongis inaequaliter ser- upra canescentibus subtus villosis, pedunculis usque hirsutis. *Wilde Münze*, *Bach-Münze*, *nünze.*
. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 74. *Ejusd.* Enum. p. *'ers.* syn. pl. II. p. 119. *Hoffm.* Germ. II. p. 4. Germ. I. p. 247. III. p. 5. *De Vest* Man. bot. p. *Herb. Blackw.* t. 292.)
renn. Flor. *Junio-Augusto.*
ad ripas, ad fossas, in paludosis et dis ubique.

Radix repens. *Caules* sesquipedales et erecti, tetragoni, villosi, ramosi. *Folia* oppo silia, patentia, inaequalia, ovato-oblonga, a inaequaliter dentato-serrata, *supra* incan *subtus* albido-tomentosa. *Verticilli* den flori, in *spicas terminales* villosas cylindracea terruptas dispositi. *Bracteae* subulatae, villos tosae, floribus duplo fere longiores. *Pedunc* culati, hirti. *Calyces* exigui, undique hirti. parvae, calyce duplo longiores, purpurasc albidae, *extus* hirsutae. *Stamina* corollam pl superantia.

Variat non raro *foliis* angustioribus utrin do-villosis, *spicis* longioribus basi non inte *staminibus* corollam parum excedentibus.

Odor totius plantae fortis, ingratus ac f nosus.

2) *M. nemorosa* spicis cylindraceis villo tatis continuis, foliis oblongis subcordatis s bus aequaliter serratis subtus tomentoso-c dunculis calycibusque hirsutis. *Busch-Münz*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p 75. *Ejusd.* Enum. *Vest* Man. bot. p. 272. *Rebent.* Prodr. Neo 57. *Schultz.* Prod. Stargard. p. 147.)

M. sylvestris β. Smith. Britann. II. p.6 syn. pl. II. p. 119. *Hoffm.* Germ. II. p. 4. (*M* *M. suaveolens* Ehrh. Beitr. B. VII. p. 14
Perenn. Flor. Junio-Augusto.
Hab. ad ripas uliginosas, inque ne paludosis passim.

Praecedenti, qua cum plurimi eam auth jungunt, maxime affinis; sed *caulibus* minorib breviter petiolatis oblongis acuminatis basi s tis aequaliter serratis subtus praecipue tome

s, *spicis* coarctatis basi non interruptis, *denti-*
cinis apice sphacelatis et *staminibus* corollae
bus constanter diversa.

lanta spontanea aeque ac in culta differentias
empet observavi, eamque peculiarem consti-
peciem cum *Ill. Willdenowio* credo.
iat *foliis* marginibus magis minusve crispis.
r minus gravis atque ingratus, quam in *M.*
i.

M. gratissima spicis cylindricis longis sub-
iis villosis, foliis sessilibus elliptico-lanceola-
ate aequaliter serratis subtus tomentosis, sta-
s corollae aequalibus. *Angenehmste Münze,*
nmünze,

sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. p. 119.
Germ. I. p. 247. III. p. 6. *Hoffm.* Germ. ed.
. 203. *De Vest.* Man. bot. l. c.)
Halleri Gmel. Bad. II. p. 594.
. Flor. *Jul.-Augusto.*

in paludosis, ad fossas et ad ripas
s.

de affinis 2 praecedentibus, a quibus differt:
elliptico-lanceolatis basi evidentius cordatis
elatioribus rugosis instructis, *spicis* multo gra-
ous patentibus densioribus: *verticillis* 2 *aut* 3 *in-*
emper remotis, *staminibus* corollam plerumque
itibus, interdum ea longioribus *aut* brevioribus,
orolla duplo fere longiore, et *odore* totius plan-
atissimo ocymoso.

M. viridis spicis cylindraceis interruptis, fo-
bsessilibus lanceolatis argute serratis basi cunea-
inque glabris, calycibus pedunculisque glabrius-
dentibus calycinis ciliatis. *Grüne M. Spitz-*
e. (L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 76. *Ejusd.* Enum. p. 60. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. II. p. 4. *Roth.* Germ. I. l. c. III. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 290.)

Perenn. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. ad rivulos et ad fossas (Ad rivulum *fossae oppidanae* inter dem *neuen* et *pleichacher Thor*, ad scaturiginem *sylvae guttenbergensis* non procul am *Jaegerhausse*, et in horto *Zellae superioris*. Ad fossas circa *Abb. Heidenfeld*, et in uliginosis prope *Grossenlangheim*. Ad ripas *Salae* prope *Gemünden, Graefendorf*, alibique raro.)

Caules plures, pedales, sesquipedales et altiores, erecti, tetragoni, ramosi, glabri. *Folia* opposita, subsessilia, patentia, ovato-lanceolata, acuta, argute serrata, utrinque nuda, saturate viridia. *Spicae* cylindricae, elongatae, erectae, e *verticillis* densis infimis remotioribus compositae. *Bracteae* setaceae, et, uti *dentes calycini*, ciliatae. *Calyx* gracilis, sulcatus, glaber. *Corollae* pallide rubellae. *Stamina* corolla duplo plerumque longiora.

Odor aromaticus, acris.

Ratione habitus ad *M. piperitam* et *M. sylvestrem* accedit. Ab ea vero *foliis* omnibus subsessilibus, *odore* multo debiliore ac *sapore* non camphorato, et ab hac *statura* minori, glabritie et colore saturate viridi primo jam intuitu facile distinquenda.

5) *M. rotundifolia* spicis cylindraceis sublaxiusculis interruptis, foliis subsessilibus elliptico-subrotundis rugosis serratis subtus cano-villosis, pedunculis calycibusque hirtis. *Rundblaettrige Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 77. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.*

l. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ, l. c. *De* Man. bot. l. c.)

Flor. Jul. - Augusto.

ib. in ruderatis, in sylvis, in paludo- id ripas et fossas passim non infre- s.

dix valde repens et *stolones* emittens. *Caules* , sesquipedales et altiores, erecti, tetragoni, ra- villosi. *Folia* opposita, sessilia *aut* brevissime ita, patentia, elliptico - subrotunda, rugosa, den- serrata, *supra* viridiuscula villosa, *subtus* tomen- incana: *nervo medio* albido. *Spicae* cylindraceae, es: *verticillis* densis approximatis, *inferioribus* ioribus. *Bracteae* lanceolatae, tomentosae, flori- ongiores. *Pedunculi* et *calyces* parvi, undique *Corollae* parvae, rubicundae *aut* albidae. *Sta-* plerumque exserta. *Stylus* corolla duplo longior. dor plantae gravis, aromaticus, fere citrinus.

Capitatae.

M. aquatica spicis capitatis, foliis petiolatis s serratis subtus pubescentibus, calycibus hirsu- pedunculis retrorsum hispidis. *Wasser - Münze.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 78. *Ejusd.* Enum. p. 610. syn. pl. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 248. III. p. 7. n. Germ. ed. 1791. p. 204. *De Vest* Man. bot. p. *Herb. Blackw.* t. 32.)

f. hirsuta Smith. Brit. II. p. 616 *Ligthfoot.* II. p. 1104. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. p. 5.

nn. Flor. Jul. - Augusto.

b. ad ripas, ad fossas, inque aquosis et idis ubique.

Cau-

Caules pedales et altiores, erecti, tetragoni, plus minusve hirsuti, inferne plerumque, saepe toti purpurascentes. *Folia* opposita, petiolata, patentia, cordato-ovata, acuminata s. obtusiuscula, inaequaliter serrata, subrugosa, plus minusve hirsuta *aut* glabriuscula, saepe rubella *aut* maculis et lineis purpureis notata. *Flores*, quam in praecedentibus majores, violacei *aut* dilute purpurei, capitato-verticillati: *pedunculis* pilis reflexis hirsutissimis. *Calyces* sulcati, purpurascentes, hirti. *Stamina* corollam plerumque superantia, rarius eam adaequantia.

Variat *caulibus* tenuioribus demissioribus et magis hirsutis, *foliis* brevissime petiolatis s. subsessilibus subtus villosis incanis. (*M. hirsuta* L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Roth.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. et aliorum.)

Odor gravis, aromaticus, acris.

7) *M. citrata* spicis capitatis obtusissimis, foliis petiolatis ovatis serratis glabris, pedunculis calycibusque glaberrimis. *Zitronen-Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 79. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Ehrh.* Beitr. B. VII. p. 150.)

M. odorata Smith. Britann. II. p. 615.

M. adspersa Moench. Meth. p. 379.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in locis inundatis arenosis, ad ripas. (Ad *moeni* ripas arenosas infra *Ochsenfurth*, prope *Kitzingen*, *Hassfurth* et *Volkach* raro. Prope *Karlstadt* invenit *cl. Dr. Geist.* Ad *rivum* vulgo *Wib* versus *den Bauernsee* prope *Abb. Heidenfeld*, in *der Fundgrube* prope *Grossenlangheim* et in *Insula moeni* versus dem *Siechhausse* specimina pauca legi.)

Cau-

iles plures, palmares et pedales, erecti, tetra-
amosi, glaberrimi. *Folia* petiolata, ovata, obtu-
ıa, obtuse serrata, utrinque glaberrima. *Flores*
rubicundi *aut* dilute violacei, capitato-verti-
: *verticillis* densis approximatis, *infimo* magis re-
Bracteae setaceae, glaberrimae. *Calyx* par-
ılcatus, plerumque atro-purpureus, glandulo-
nctatus. *Stamina* corolla breviora.
rba odore gaudet perquam suavi, fere citri.
, *Gmelinus* (*Vid. Flor. bad. etc. II. p.* 599.)
tanquam variationem *Menthae aquaticae* alle-
Ego quidem eam per plurimos annos *a dil.*
e meo in Aquario horti botanici sustentatam
e ulla mutatione cresentem observavi.

Verticillatae.

M. sativa floribus verticillatis, foliis petiola-
atis inciso-serratis supra lucidis subtus pubes-
ɔus, pedicellis calycibusque glaberrimis: denti-
.irsutis. *Zahme Münze.*
*., sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. l. c. *Roth.*
ı. I. p. 248. III. p. 8. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p.
De Vest. Man. bot. l. c.)
. rubra Smith. Brit. II. p. 620. *Hoffm.* Germ.
804. p. 5. *Willd.* Enum. p. 610.
m. Flor. Julio-Septembri.
ab. ad ripas et fossas. (In *fossa oppidana*
ıs dem grossen See. Ad *moeni* ripas infra *Thün-*
eim, prope *Gemünden* et *Zwing.* Ad lacus et
s circa *Abb. Heidenfeld*, et alibi raro.)
aulis 1-2-pedalis, erectus, flexuosus, tetrago-
glaber, plerumque rubicundus, ramosus. *Folia*
pe-

petiolata, ovata, utrinque angustata, profunde dentata, rugosa, scabriuscula, *supra* lucida, *subtus* pallidiora pubescentia: *superiora* angustiora ac breviora, interdum crispa. *Verticilli* plurimi, densi, multiflori. *Bracteae* subciliatae: *exteriores* lanceolatae, *interiores* setaceae. *Pedunculi* glaberrimi, purpurascentes. *Calyx* glaber: *dentibus* plus minusve hirsutis. *Corollae* majusculae, violaceae, rubellae *aut* albidae. *Stamina* corollae aequalia *aut* ea parum longiora.

Planta aromatica, fragrans.

9) *M. arvensis* floribus verticillatis, foliis petiolatis ovatis serratis hirtis, calycibus campanulatis pedunculisque hirsutis, caule ramosissimo. *Acker-Münze, wilder Poley.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 80. *Ejusd.* Enum. p. 611. *Pers.* syn. pl. p. 120. *Hoffm.* Germ. p. 6. *Roth.* Germ. I. p. 249. III. p. 9. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 131.)

Perenn. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. in agris fere ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, debilis, basi plerumque decumbens, erectiusculus s. prostratus, tetragonus, plus minusve hirsutus, ramosus. *Folia* petiolata, ovata, acutiuscula, obtuse serrata, plus minusve hirsuta, laete *aut* saturate viridia. *Verticilli* subsessiles, subrotundi, hirsuti, densi, multiflori, petiolos aequantes. *Pedunculi* hirsuti, plerumque purpurascentes. *Calyces* breves, campanulati, obsolete sulcati, villoso-hirsuti. *Corollae* rubellae *vel* purpureo-coerulescentes, interdum albidae. *Stamina* longitudine varia, mox corolla longiora, mox breviora, interdum eam aequantia.

Odor plantae gravis, aromaticus.

Var.

r. *caulibus* diffusis debilioribus humilioribus, *fo-*
:dato - ovatis obtusis acute serratis minus hirsu-
rticillis ac *floribus* minoribus, *staminibusque* totis
is.

ijus mera est variatio *M. verticillata* plurimo-
uthorum.

) *M. palustris* floribus verticillatis, foliis pe-
s ovatis serratis hirsutis, calycibus pilosis, pe-
lis glabris, caule erecto. *Sumpf-Münze.*
Moench. Meth. p. 380. *Bernh.* Erf. p. 83.)
, *austriaca L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 81.
. Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* Man.
p. 374. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p.
Jacq. Austr. t. 430.
n. Flor. Julio - Septembri.
ab. in inundatis, in udis, ad fossas, ad s et etiam in agris cum praecedente.
axime affinis antecedenti, a qua *caulibus* semper
is minusque ramosis, *pedunculis* elongatis gla-
saltem basi solummodo parum pilosis et *corollis*
iioribus *stamina* perfecte includentibus constan-
liffert.
tiam *planta culta* mutationi nulli succumbit.

i. Glechoma, *Gundelrebe, Gundermann.*

) *Gl. hederacea*, foliis reniformibus crenatis,
bus procumbentibus. *Gemeine Gundelr. epheuar-
Gundermann.*
L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 85. *Ejusd.* Enum.
12. *Pers.* syn. pl. II. p. 121. *Hoffm.* Germ. II. p.
le Vest Man. bot. p. 380. *Schkuhr.* bot. Handb. t.
Sturm. D. Flor. I. 8. *Herb. Blackw.* t. 225.
rr. thesaur. t. G. 1.)

Ca-

Calamintha Hederacea Scopol. Carniol. I. p. 423

Chamaeclema hederacea Moench. Meth. p. 393

Perenn. Flor. Aprili - Septembri.

Hab. in pratis, in nemorosis, in pomariis et ad sepes ubique.

Caules palmares, pedales, procumbentes, repentes et radicantes, pubescentes, ramosi: *ramis* oppositis *floriferis* erectis. *Folia* opposita, petiolata, patentissima, cordato-reniformia, crenata, pilosa, rugosa. *Pedunculi* axillares, secundi, verticillati, ramosi, sub-5-flori, petiolis breviores. *Bracteae* minimae, setaceae. *Calyx* striatus, rigidus, margine rubellus: *dentibus* subaristatis basi villosis. *Corollae* coeruleae, violaceae *aut* purpureae, raro albidae. *Antherae* albae, lunatae, primo in formam crucis conniventes, post anthesin invicem distinctae.

Herba ante florescentiam praecipue grate aromatica, amariuscula.

265. Lamium, *Taubnessel, Bienensaug.*

1) *L. laevigatum* foliis cordatis rugosis, caule laevi, calycibus glabris longitudine corollae. *Glatte Taubn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 86. *Pers.* syn. pl. II. p. 121. *Roth.* Germ. I. p. 252. III. p. 21. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 206.)

Perenn. Flor. Aprili - Junio.

Hab. ad sepes, in nemorosis, in hortis et pomariis passim.

Caules palmares, pedales et altiores, erecti, tetragoni, glabri, basi ramosi, purpurascentes. *Folia* opposita, petiolata, cordata, acuminata, rugosa, glabra, crenato-

des-

ı, petiolis multo longiora. *Verticilli* subsessi- rinque sub-5-flori. *Calyces* striati, glabri, lon- ıe tubi corollae, basi non fusci. *Corollae* e, rubello-purpureae.

L. maculatum foliis cordatis acuminatis, pe- .equalibus, verticillis 10-floris, labio superiori te denticulato acuto. *Gefleckte Taubn. großer Bienensaug.*

sp. pl. ed. *Willd.* p. 87. *Ejusd.* Enum. p. 613. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. II. p. 7. *De Vest* bot. p. 386. *Knorr.* thesaur. I. t. N. 9. f. 2.)

ı. Flor. Aprili-Julio.

ıb. ad sepes, in dumetis et in nemoro- biqua.

ulis palmaris, pedalis et altior, basi decumbens rumque radicans, dein erectus, tetragonus, pilo- ımosus. *Folia* opposita, cordata, acuminata, hir- dentato-serrata, obscure viridia, *vere* et *autum-* o maculata: *petiolis* aequalibus. *Verticilli* sub-10- *Calyx* pilosus, dorso lineis fuscis notatus: *dentibus* ıis recurvis inaequalibus. *Corollae* magnae, pur- e: *tubo* hirsuto, *labio superiori* majori concavo ualiter crenulato,

L. album foliis cordatis acuminatis, petiolis tis, verticillis 20-floris, labio superiori integer- obtuso. *Weiße Taubn, großer weißer Bienen-*

.. sp. pl. ed. *Willd.* p. 88. *Ejusd.* Enum. l. c. syn. pl. p. 122. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* bot. l. c. *Sturm.* D. Flor. I. 8. *Herb. Blackw.* , *Knorr.* thes. I. t. N. 8.)

ın. Flor. Aprili-Septembri.

Hab.

Hab. ad sepes, ad muros, ad vias, in hortis et vineis ubique copiose.

Ab antecedente differt: *foliis* nusquam maculatis, *petiolis* non aequalibus, sed dilatatis, *verticillis* 14-20-floris, *calycibus* basi macula fusca notatis, *corollis* albis: *tubo* glabro, *labio superiori* integerrimo obtuso. *Antherae* nigrae, hirsutae.

4) *L. purpureum* foliis cordatis obtusis aequaliter obtuse dentatis: superioribus confertis. *Rothe Taubn. kleiner rother Bienensaug.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vet.* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 182. f. 1.)
L. nudum Moench. Meth. p. 393.

Ann. Flor. Aprili - Septembri.

Hab. in cultis, in ruderatis, ad vias et sepes ubique abunde.

Caules palmares et majores, basi decumbentes et ramosi, tunc erecti, tetragoni, glaberrimi, *medio* nudi, *superne* floriferi et dense foliosi. *Folia* opposita, petiolata, cordata, subreniformia, obtusa, aequaliter obtuse dentata, rugosa, pubescentia: *petiolis* basi productis et subtus in tuberculum incrassatis. *Verticilli* multiflori. *Dentes calycini* ciliati. *Corollae* purpureae, quam in *L. maculato* multo minores: *tubo* recto, *fauce* subcompressa.

Elegans hujus variatio: *corollis* niveis, *foliis* pallide viridibus: *floralibus* albidis hinc inde e. gr. in cultis pone pagum *Gramschatz* non infrequens.

5) *L. amplexicaule* foliis subrotundis obtusis crenatis: floralibus sessilibus amplexicaulibus incisis. *Umfassende Taubn. stielloser Bienens. Hühnertodt.*

(L.

p. pl. ed. *Willd.* p. 90. *Ejusd* Enum. l. c.
n. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man.
Schkuhr. bot. Handb. t. 159.)
dolon amplexicaule Moench Meth. p. 394.
kia amplexicaulis Roth. Germ. I. p. 254.
7.
or. Aprili-Augusto.
. *in cultis, in ruderatis, in pomariis,*
es et dumeta ubique.
es plures, digitales, palmares et altiores, basi
entes, tunc erecti, tetragoni, scabriusculi, sim-
Folia opposita, rugosa, villosa: *inferiora* pe-
ubrotunda sublobata obtuse serrata, *superiora*
amplexicaulia rotundata incisa et crenata.
i sessiles, multiflori. *Calyces* dense villosi.
purpureae: *tubo* gracili, *primordiales* termina-
ce multo longiores, *sequentes* clausae hirsutae
longitudine.
at *caule, foliis,* et *floribus* majoribus.

56. Galeobdolon, *Waldnessel.*

G. luteum foliis cordato-ovatis crenato-den-
tiolatis, verticillis sub-6-floris. *Gelbe Waldn.*
aubnessel, Goldnessel.
illd. Enum. p. 614. *Smith.* Brit. II. p. 631.
. Meth. p. 394. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II.
Gmel. Bad. II. p. 617. *Bernh.* Erf. p. 78. *Schkuhr.*
ındb. t. 157. *Knorr.* thes. I. t. N. 9. f. 1.)
gare Pers. syn. pl. II. p. 122.
brosum Wibel. Werth. p. 139.
onurus Galeobdolon L. sp. pl. ed. *Willd.*
115. *Hoffm.* Germ. II. p. 13. *De Vest* Man.
382. *Spreng.* Hal. p. 173. *Scopol.* Carn. I. p. 409.
La-

Lamium Galeobd. Crantz. Austr. p. 262. *Hoffm.* Germ ed. 1791. p. 206.

Pollichia Galeobd. Roth. Germ. I. p. 254. III. p. 26.

Galeopsis Galeobdolon L. spec. pl. 2. p. 810. *Leers.* Herb. p. 135.

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in nemorosis humidiusculis fere ubique.

Caules palmares et pedales, erecti, simplices, tetragoni, pilosi. *Folia* opposita, petiolata, subcordata, ovata, acuminata, inaequaliter serrata, subpilosa, saepe albo maculata, latitudine varia. *Verticilli* plerumque 6-flori; *bracteis* linearibus acutis pilosis subspinescentibus calyce brevioribus. *Calyx* basi tubulosus: *dentibus* inaequalibus patulis subpungentibus. *Corollae* speciosae, luteae: *galea* fornicata villosa, *lacinia media*, fulva lineato-maculata.

Primo intuitu habitus *Lamii.*

267. Galeopsis, *Hohlzahn*, *Kornwuth.*

1) *G. Ladanum*, internodiis caulinis aequalibus, foliis lanceolatis subserratis hirtis, corollae galea emarginata. *Schmalblaettriger Hohlz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 91. *Ejusd.* Enum. p. 614. *Pers.* syn. pl. II. p. 122. *Hoffm.* Germ. II. p. [illegible] *De Vest* Man. bot. 387. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 160. *Tetrahit ladanum Moench.* Meth. p. 391.

Ann. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. ad vias et in agris ubique copiose.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, obtuse quadrangulus, ramosus pubescens: *internodiis* aequ-

ı incrassatis. *Rami* oppositi, patentes. *Folia* in petiolum brevem decurrentia, lineari-lan- ›ubescentia, lineata, remote serrato-dentata, 'sus integerrima: *superiora* et *ramea* integer- *rticilli* subrotundi, sessiles, densi, multiflori, *Calyx* brevis, campanulatus, pubescens, canes- *ntibus* rigidis aristatis calyce ipso longioribus. pallide purpureae, rarius albae: *labio supe-* uso concavo villoso obtuse crenato.

grandiflora internodiis caulinis aequali- is ovato-lanceolatis serratis villosis, corollae ›nato-incisa. *Großblüthiger Hohlz.*

p. pl. ed. *Willd.* l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De* .n. bot. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 254. III. p. 24. Hal. p. 171. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p.

·oleuca Pers. syn. pl. II. p. 122.
osa Smith. Brit. II. p. 629. *Gmel.* Bad. II. p.

ia Leers Herb. p. 135.
iit longiflorum Moench. Meth. p. 395.
'or. Julio-Augusto.
). cum praecedente passim.

ıe affinis antecedenti, a qua differt: *caule* hu- magis hirsuto: *internodiis* superne subincras- *›liis* latioribus rugosioribus profundius et co- serratis magisque villoso-incanis, *calycibus* ere longioribus tubulosis hirsutissimis: *denti-* vioribus lanceolatis spinulosis, et *corollis* mul- oribus rubris *aut* albidis, raro pallide luteis: ›ngissimis et *galea* manifeste crenato-incisa.

G. Tetrahit internodiis caulinis superne no- ncrassatis, foliis ovatis acutis serratis, dentibus

 ca-

lycis spinis longissimis, corollae galea rectiuscula. *Breitblaettriger Hohlz. Nesselhanf, Thannessel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 92. *Ejusd.* Enum. p. 614. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 9. *De Vest* M. b. l. c.)

Tetrahit nodosum. Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Julio - Augusto.

Hab. in arvis, inter segetes et ad sepes ubique.

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et major, erectus, tetragonus, ramosus, setis decurvis pungentibus undique obsessus: *internodiis* superne gibboso-incrassatis. *Folia* opposita, longe petiolata, ovata, acuminata, serrato-dentata, hirsuta. *Verticilli* densi, multiflori: *superiores* approximati subcontigui. *Calyces* breves, ventricosi, angulosi, hispidi: *dentibus* praelongis aequalibus pungentibus. *Corollæ* purpureae, rarissime albae, pubescentes, calyce duplo majores.

4) *G. cannabina* internodiis caulinis superne incrassatis, foliis lato-ovatis serratis, corollis calyce pungente triplo longioribus, galea ventricosa. *Hanfartiger Hohlz.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 93. *Ejusd.* Enum. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 254. III. p. 25. *De Vest.* Man. l. p. 388.)

G. versicolor Pers. syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 630. *Hoffm.* Germ. l. c.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. passim cum praecedente.

Praecedenti simillima, quacum saepissime confunditur. Differt interea: *internodiis* caulinis superne minus incrassatis, *foliis* latioribus pallidioribus mollioribus densius obsessis, *calycibus* tubulosis d

as: *dentibus* mucronatis basi dilatatis calyce revioribus inaequalibus, *corollis* calyce 3-vel iajoribus plerumque ochroleucis: *lacinia inter-* bii inferioris amoene violacea, *vel* albidis *aut* 'o-variis.

ta in horto sata faciem non mutavit, ideoque :dente, quacum eam combinavit *Linnaeus*, se-

268. Betonica, *Betonie.*

?. *officinalis* foliis crenatis: imis petiolatis ;, caulinis oblongis, spica interrupta. *Offizi-t. Wiesenbetonie.*

sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 93. *Ejusd.* Enum. p. *rs.* syn. pl. II. p. 122. *Hoffm.* Germ. II. p. *Vest* Man. bot. p. 382. *Schkuhr.* bot. Handb. t. *rb. Blackw.* t. 46. *Knorr.* thes. II. t. B. 4.)

Flor. Jun.-Augusto.

b. in nemorosis et pratis sylvaticis e copiose.

lis pedalis et altior, erectus, tetragonus, sim-irsutus. *Folia* cordato-ovata, obtusa, late cre-igosa, utrinque hirsuta, scabra: *radicalia* longe ta in orbem digesta, *caulina* brevius petiolata :a, *summa* sessilia angustiora. *Verticilli* densi, ori, in spicam terminalem obtusam interrup-positi. *Bracteae* ad verticillos ovatae, acumi- *Calyces* glabriusculi: *dentibus* setaceis. *Corol-*pureae, basi albidae, perraro totae albidae, ex-losulae: *galea* integra, *lacinia intermedia* labri ris emarginata.

269. STACHYS, *Ziest*, *Rosspoley.*

1) *St. sylvatica* verticillis 6-floris, foliis cor-datis petiolatis. *Wald-Ziest, Stink-Nessel, Bock-kraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 97. *Ejusd.* Enum. p. 615. *Pers.* syn. pl. II. p. 123. *Hoffm.* Germ. II. p. 1[illegible] *De Vest.* Man. bot. p. 383. *Herb. Blackw.* t. 84.)
Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemorosis umbrosis ubique fer[e]

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erect[us] tetragonus, pilosus simpliciusculus. *Folia* opposi[ta] longe petiolata, magna, cordata, acuminata, cren[ata] utrinque pilosa, mollia, saturate virentia. *Verti[cilli]* subsessiles, plerumque 6-flori, in spicam terminal[em] interruptam laxam dispositi. *Calyces* hispidi. *Coro[llae]* villis capitatis extus pubescentes, purpureae: *lab[io]* *superiore* striis 3 obscurioribus, *inferiore* maculis [et] punctis albis notato infra gibbo. *Filamenta* basi se[to]losa.

Planta fragrans, odore foetidissimo hircoso.

2) *St. palustris* verticillis 6-floris, foliis [li]neari-lanceolatis amplexicaulibus. *Sumpf-Zi[est],* *Sumpf-Andorn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 98. *Ejusd.* Enum. p. [illegible] *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M[an.] bot. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 18. *Herb. Blackw.* t. 27[illegible])
Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. ad ripas, ad fossas et lacus, i[n] humidis ubique.

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, tetrag[onus] strictus, fistulosus, simplex, setis deflexis scaber. *[Fo]lia* opposita, lineari-lanceolata, acuta, patentia, se[ssilia]

n versus integra, villosa *aut* magis glabrius-
tus reticulato - venosa, basi dilatata amplexi-
yima breviter petiolata, *reliqua* subsessilia.
sessiles, plerumque 5 - *aut* - 6 - flori, in spi-
inalem longam densam basi interruptam et
dispositi. *Calyces* hirsuti. *Corollae* purpu-
io inferiore albo - maculato.

erticillis 10 - 12 - floris in spicam densissimam
guam dispositis.

. germanica verticillis multifloris, foliis
cauleque lanatis. *Deutscher Ziest, wolliger*
orn.

p. pl. ed. *Willd.* p. 99. *Ejusd.* Enum. l. c.
ı. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 11. *Ejusd.* Germ.
. t. 10. *De Vest* Man. b. p. 384. *Jacq.* Austr.

Flor. Jul. - Augusto.

. in collibus asperis aridis, in ver-
ad sepes et vias hinc inde frequens.

s 2 - 3 - pedalis, interdum altior, erectus,
tetragonus, ramosus, lana alba dense vesti-
lia opposita, petiolata, cordato - lanceolata,
utrinque sericeo - lanata, mollissima, margi-
enata: *serraturis* imbricatis, *floralia* lanceola-
ia reflexa. *Verticilli* densissimi, sessiles, mul-
.o - 50 flores continentes, in spicam crassam fo-
inferne interruptam dispositi. *Calyces* pun-
tomento albo densissimo obducti. *Corollae*
rubrae; *galea* extus villosissima.

t. recta verticillis 10 - floris subspicatis, fo-
dato - ellipticis crenatis scabris, caulibus ad-
tibus. ***Gerader Ziest, Berufkraut, Beschrei-***

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 104. *Ejusd.* Enum. p. 617. *Pers.* syn. pl. p. 124. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 359. *Schkuhr.* b. Handb. t. 361)

Betonica decumbens Moench. Meth. p. 396.

Hab. in saxosis, in collibus graminosis, ad vias et sylvarum margines ubique frequens.

Caules plures, pedales et altiores, erecti, basi decumbentes, tetragoni, articulati, hirsuti, ramosi. *Folia* opposita, sessilia, cordato - elliptica, rugosa, obtuse serrata, villosa; *inferiora* in petiolum brevem desinentia, *suprema* angustiora acuminata. *Verticilli* 6-10 - flori, sessiles, in spicam interruptam dispositi. *Bracteae* subulatae, aristatae, pungentes. *Calyces* hirsuti: *dentibus* subaequalibus spinosis. *Corollae* pallide luteae: *fauce* rubro - maculata.

Herba amara, ante florescentiam imprimis grate aromatica.

5) *St. annua* verticillis 6 - floris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caule erecto. *Einjaehriger Ziest.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 105. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 360.)

Betonica annua Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in agris, in vineis, in collibus, ad vias hinc inde frequens.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus vel *aut* basi decumbens, tetragonus, articulatus, glaber, ramosus, laete viridis. *Folia* opposita, ovato-

usa, a medio ad apicem usque crenata, rugo-
., laete viridia: *inferiora* petiolata plerumque
a, *superiora* sessilia integra lanceolata acumi-
ervia. *Verticilli* plerumque 6-flori, laxi, in
nterruptam dispositi. *Calyces* villosi. *Corol-*
ıe *vel* pallide luteae, calyce duplo longiores:
eriori recurvato, *inferiori* intus punctis pur-
dsperso.

t. arvensis verticillis 6-floris, foliis cor-
usis nudiusculis, corollis longitudine calycis,
bili. *Acker-Ziest, kleinblüthiger Rosspoley.*

p. pl. ed. *Willd.* p 106. *Pers.* syn. pl. l. c.
Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 385.)

go cordifolia Moench. Meth. p. 398.

or. Jun.-Julio.

., in agris, inter segetes. (In agris pro-
rinderfeld, Moos, Giebelstadt et *Sulzdorf.* In-
etes circa *Bütthardt, Schlüsselfeld, Sesslach* et
heim, alibique rarius.)

'is digitalis et palmaris, erectiusculus *vel* de-
s, obtuse quadrangulus, debilis, hirtus, brachia-
lia opposita, cordata, apice rotundata, obtuse
, utrinque hirsuta: *inferiora* petiolata, *superio-*
ilia. *Verticilli* 4-plerumque 6-flori, sessiles,
Calyces villosi: *dentibus* aequalibus mucrona-
rollae dilute rubellae, longitudine calycis: *ga-*
'gerrima, *labio* 3-fido: *lacinia centrali* latiore
ascente punctata.

. *caulibus* tenuioribus multo longioribus et *ver-*
3-floris.

270. BALLOTA, *Ballote*, *Schattenkr*
Zahnlose.

1) *B. nigra* foliis cordatis indivisis serrati lycibus acuminatis, bracteis plumosis. *Gemein schwarzer Andorn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 107. *Ejusd.* Enu 618. *Pers.* syn. pl. II. p. 125. *Hoffm.* Germ. II. *De Vest.* Man. b. p. 385. *Schkuhr.* b. Handb. t. *Herb. Blackw.* t. 136.)

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in ruderatis, ad sepes et muros ub abunde.

Caules 1 - 2 - pedales et majores, erecti toti si modo decumbentes, tetragoni, pilosi, ramosi. opposita, petiolata, cordata *vel* ovato - subrotund tusa, aequaliter serrata, rugoso - venosa, villos *prema* ovata acuminata. *Verticilli* breviter ped lati, axillares, densi, multiflori. *Bracteae* inter setaceae, plumosae, calyce duplo breviores. *Ca* bulosus, pubescens, 10 - costatus, margine inf liformis: *dentibus* patentibus brevissime arist acuminatis. *Corollae* pallide purpurascentes, villosae: *lobo centrali* obcordato. *Stamina* v *majora* deflorata saepe ad latera declinata.

2) *B. alba* foliis cordatis indivisis serratis, bus subtruncatis, bracteis pilosis. *Weisse Ball*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 108. *Pers.* syn. p *Roth.* Germ. I. p. 257. III. p. 34. *Moench.* M 398.)

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in ruderatis, ad sepes. (Inter

[C]arlsburg ad *Karlstadt*, ad sepes inter vineas *[A]rnstein*, *Thüngen*, *Retzbach*, *Gossmannsdorf*, *[H]eidenfeld*, *Gramschatz* et alibi.)

[P]raecedente *dentibus calycinis* subtruncatis *aut* [a]culis, *bracteis* pilosis et *corollis* albis, quas con[st]ime semper retinet, solummodo diversa.

271. MARRUBIUM, *Andorn.*

M. vulgare foliis subrotundo-ovatis rugoso-, dentibus calycinis alterne minoribus uncina-
[G]emeiner And. weisser And. weisser Dorant, [Gott]aut.

[Linn.] sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 111. *Ejusd.* Enum. p. *[P]ers.* syn. pl. II. p. 125. *Hoffm.* Germ. II. p. 12. *[...]t* Man. b. p. 381. *Herb. Blackw.* t. 479.)

. *Flor. Junio - Augusto.*

[Ha]b. in ruderatis, ad vias et sepes ubi-

[Ca]ulis sesquipedalis et altior, erectus, tetragonus, lanatus, albidus, parum ramosus. *Folia* oppo-[sita] [i]n petiolum decurrentia, subrotundo-ovata, cre-[nata], [r]ugosa, utrinque villosa. *Verticilli* sessiles, den-[si], [mu]ltiflori, villosissimi: *bracteis* multis setaceis ari-[dis], aduncis hirsutis. *Calyx* sulcatus: *dentibus* 10 [...]s setaceis uncinatis, alternis minoribus. *Corol-*[lae] [al]bae, extus villosae.

[H]erba aromatica, amara.

[272.] LEONURUS, *Löwenschwanz, Wolfs-trapp.*

L. Cardiaca foliis cuneiformi-ovatis trilobis inte-

integrisve dentatis. *Gemeiner Löwenschw. Herzgespann.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 114. *Ejusd.* Enum. p. 619. *Pers.* syn. pl. II. p. 126. *Hoffm.* Germ. II. p. 12. *De Vest* Man. b. p. 382. *Sturm.* D. Flor. I. 9. *Schkuhr.* b. Handb. t. 162. *Herb. Blackw.* t. 171.)

Cardiaca vulgaris Moench Meth. p. 401. *Bernh.* Erf. p. 80.

Perenn. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad sepes et circa pagos fere ubique.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, strictus, tetragonus, scabriusculus, ramosus, *inferne* plerumque purpurascens. *Folia* opposita, petiolata, patentia, pubescentia, subtus venosa: *inferiora* cordato-ovata triloba: *lobo intermedio* tripartito, *lateralibus* majoribus bipartitis, *superiora* cuneiformi-ovata acuminata angustiora dentata triloba et integra. *Verticilli* sessiles, densi, multiflori: *bracteis* plurimis brevibus subulatis. *Calyx* rigidus, glaber, patens: *dentibus* pungentibus. *Corollae* calyce duplo majores, purpurascentes *aut* albidae, extus villosissimae. *Antherae* punctis albis nitidis prominentibus adspersae.

Herba amarissima.

273. CLINOPODIUM, *Weichborste, Wirbeldoste.*

1) *Cl. vulgare* foliis obtusis crenatis, capitulis verticillatis, bracteis setaceis hispidis. *Gemeine Weichb. Wild-Dost.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 131. *Ejusd.* Enum. p.

Pers. syn. pl. II. p. 128. *Hoffm.* Germ. II.
hkuhr. b. Handb. t. 163.)

s Clinopodium De Vest. Man. bot. p. 377.
lvaticus Bernh. Erf. p. 77.

Flor. Junio - Augusto.

d sylvarum margines, ad sepes et vi-
que.

is palmaris, pedalis et altior, erectus, basi
jue incurvus, obtuse quadrangulus, pilosus,
sus. *Folia* opposita, petiolata, ovata, obtu-
lete crenata, nervosa, utrinque villosa. *Ver-*
auci, terminales et axillares, multiflori, den-
pilosi, subrotundi, *bracteis* plurimis angu-
is et maxime pilosis basi involucrati. *Calyx*
s, 2-labiatus, basi ventricosus, collo contrac-
ntibus aristatis ciliatis. *Corollae* pallide pur-
entes, non raro etiam albidae, extus laeviter
entes, calyce duplo longiores. *Stamina* in ar-
urvata. *Antherae* candidae, ante anthesin cru-
conniventes.
rba ante anthesin praecipue grate aromatica.

274. Origanum, *Dosten.*

O. vulgare foliis ovatis obtusis petiolatis, spi-
ubrotundis paniculatis conglomeratis glabris,
is ovatis calyce longioribus. *Gemeiner Dost. Majoran, Wohlgemuth, Orant.*

. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 135. *Ejusd.* Enum. p.
Pers. syn. pl. II. p. 129. *Hoffm.* Germ. II. p.
De Vest Man. bot. p. 378. *Sturm.* D. Fl. I. 3.
Blackw. t. 280.)

n. Flor. Jul. - Septembri.

Ha-

Hab. in montosis, in sylvaticis, ad sepes et vias ubique.

Caules palmares et pedales, erecti, tetragoni, villosi, saepe purpurascentes, *superne* paniculati. *Folia* opposita, patentia, petiolata, ovata, obtusa, obsolete dentata, saepe integra, venosa, ciliata, utrinque pubescentia. *Spicae* terminales, sessiles, erectae, ovatae, congestae, corymbosae, multiflorae. *Bractea* sub quovis flore ovata, plana, glabra, purpurea, calycem superans. *Calyx* parvus, pubescens, apice purpurascens: *dentibus* 5 fere aequalibus. *Corollae* dilute rubentes, quandoque albidae.

Herba suaveolens, aromatica, amara.

275. Thymus, *Thymian.*

1) *Th. Calamintha* foliis ovatis obtusis serratis utrinque hirsutis, verticillis pedunculatis multifloris dichotomis, villis calycinis inclusis, caule hirta, *Berg-Thym. Bergmünze, Bergmelisse, Calaminthe.*

(*Willd.* Enum. p. 624. *Hoffm.* Germ. II. p. 15. *Smith.* Brit. II. p. 641. *Scopol.* Carn. I. p. 425.)

Melissa Calamintha L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 147. *Pers.* syn. pl. II. p. 132. *Roth.* Germ. III p. 47. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 212. *De Vest* Man. bot. p. 376. *Wib.* Werth. p. 137.

Calamintha officinalis Moench. Meth. p. 409. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 378.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in montosis saxosis. (In montis *Kalbenstein* parte meridionali prope *Karsbach* specimina pauca legi.)

Cal-

s plures, pedales, et majores, decumbentes *aut* iasi incurvi, tetragoni, ramosi, hirsuti. *Folia* , petiolata, patentia, ovata, obtusa, rariter ar-rata, venosa, punctata, utrinque hirsuta, sub-liora. *Pedunculi* axillares, oppositi, multiflo-otomi, hirsuti, folia plerumque adaequantia. ı setaceae, ciliatae, ad basin pedicellorum op- *Calyces* tubulati, sulcati, pubescentes, infer-ricosi: *dentibus* ciliatis inaequalibus, *duobus* longioribus; *fructiferi* pilis clausi. *Corollae* uplo majores, purpureo-violaceae. oa fragrans, grate aromatica.

'h. *Acinos* verticillis 6-floris, pedunculis ibus, caule adscendente ramoso, foliis oblongis serratis, calyce basi gibboso. *Basilienartiger blauer Bergthymian, Bergbasilienkraut.*

sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 142. *Ejusd.* Enum. *Hoffm.* Germ. II. p. 14. *De Vest.* Man. 377.)

os *vulgaris Pers.* syn. pl. II. p. 131.

moides Moench. Meth. p. 407.

'lor. Jul. - Augusto.

b. in montosis aridis, in collibus sic-juxta vias siccas ubique.

iles e radice parva fibrosa plures, digitales *aut* es, erecti toti *aut* basi decumbentes, tetragoni i, ramosi. *Folia* opposita, breviter petiolata, -oblonga, acuta, a medio ad apicem serrata, su-uta, scabriuscula. *Flores* pedunculati, nutantes, *rticillos* axillares plerumque 6-floros dispositi. *eae* ad pedunculorum basin minimae, subulatae. striatus, hirsutus, *inferne* ventricosus, *superne* cori-

contractus. *Corollae* coeruleae *aut* ex violace purpureae: *fauce* albida villosiuscula. *Stami* vata: *antheris* conniventibus.

Variationem *caulibus* multo altioribus cras totis erectis, *foliis* latioribus longioribusque *bus* majoribus albis inter *Kleinochsenfurth* et legit *dil. Frater A. H.*

Herba odorata, subaromatica.

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, angulosus, subtomentosus, ramosus, foliis decurrentibus utrinque alatus: *alis* lobatis spinosis. *Folia* alterna, decurrentia, lanceolata, pinnatifida; *laciniis* plicato-undulatis divaricatis margine spinosis *supra* saturate viridibus *subtus* pallidioribus pubescentibus. *Flores* terminales, breviter pedunculati, erecti, purpurei, odorati. *Calyx* subglobosus: *squamis* linearibus angustis subvillosis rigide spinosis patulis. *Pappus* sordide albidus, brevis, deciduus.

Flores quam in antecedente minores, sed paulo majores, quam in sequente.

Variat raro *floribus* albidis.

3) *C. crispus* foliis decurrentibus sinuatis s-

gine spinosis subtus lanuginosis, calycibus pedunculatis aggregatis: squamis subulatis mucronatis patulis. *Krausse* Weegd.

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 1652. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias saxosas, ad ripas.

Differt ab antecedente: *caulibus* undique crispoalatis, *foliis* mitioribus sinuato-denticulatis undulatis nec pinnatifidis *supra* viridibus *subtus* villoso-tomentosis, *floribus* minoribus fasciculatis: *pedunculo* tomentoso niveo brevissimo instructis, *squamis calycinis* patulis *vel* eretiusculis mollibus spinula brevi molli instructis: *intimis* scariosis muticis coloratis.

4) *C. cyanoides* foliis non decurrentibus margine reflexis subtus niveis: radicalibus et caulinis inferioribus profunde pinnatifidis, supremis lineari-lanceolatis simplicissimis, caule sub-2-floro, squamis calycinis mucronatis patentibus. *Kornblumenartige Weegd.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1655. *Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. p. 229. t. 11. *Gmel.* Bad. III. p. 366.)

Acarna cyanoides Wib. Werth. p. 169. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 157.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in arenosis. (In Insula *Moeni* versus *dem Siechhausse* et in pinetis arenosis prope *Unterdürrbach* versus *dem Schenkenschlosse* raro. In arenosis circa *Gerbrunn, Grossenlangheim* [illegible] *Dimpach* et *Sommerach* hinc in

Radix longa, fibrosa, nigricans, valde repens. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, obsolete angulosus, striatus, tomento laevi obsessus, 1-3-florus. *Folia radicalia* numerosa, in orbem digesta, profunde pinnatifida: *laciniis* alternis integris lineari-lanceolatis subfalcatis, *caulina* pauca alterna pinnatifida: *laciniis* angustissimis, *suprema* et *ramea* lineari-lanceolata falcata simplicissima: *omnia* margine revoluta, *supra* viridia glabra, *subtus* tomento niveo obducta. *Flores* terminales, solitarii, erecti, mediocres, purpurei. *Calyx* hemisphaericus, tomentosus: *squamis* inermibus, lineari-lanceolatis imbricatis herbaceis flaccidis ad dimidium distantibus. *Receptaculum* paleis validis, rigidis, basi inter se connatis alveolatum. *Semina* tetragono-pyramidata. *Pappi radii* multiplici serie connantes, inaequales, breves, paleacei, fragiles.

Variat *caule* 1-3-floro, et *floribus* minoribus.

Planta tota *Moschum* spirat.

Huc quoque *C. mollis* et *C. polyclonos L.* pertinere videntur.

5) *C. marianus* foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifitis laevibus maculatis spinosis, calycibus glabris: spinis canaliculatis duplicato-spinosis. *Gefleckte Weegd. Mariendistel, Frauendistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1659. *Ejusd.* Enum. p. 839. *Pers.* syn. pl. p. 386. *Hoffm.* Germ. p. 126. *De Vest* M. b. p. 183. *Knorr.* thes. I. t. M. 3. *Herb. B.* t. 79.)

Silybum marianum Gaertn. de fr. II. p. 376. t. 162. f. 2. *Wib.* Werth. p. 170. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. p. 160.

S. maculatum Moench. Meth. p. 555.

Cirsium maculatum Scopol. Carn. II. p. 130.
Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, in aggeribus, in hortorum ejectamentis et in vineis passim non raro.

Caulis 3-6-pedalis et altior, erectus, teres, sulcatus, laeviter tomentosus, ramosus. *Folia* laete viridia, glabra, nitida, *maculis* et *venis* latis albis picta, margine spinis inaequalibus ciliata: *radicalia* praemagna sinuato-pinnatifida, *caulina* alterna minora amplexicaulia, patentia, *summa* basi cauli adpressa recurva. *Pedunculi* terminales, longi, nudi, 1-flori. *Flores* magni, speciosi, erecti, purpurei. *Calyx* ovatus, glaber, spinosissimus: *squamis* carinatis margine spinosis in spinam validam maxime pungentem terminatis. *Receptaculum* pilosum. *Semina* ovata, subangulata, nigricantia, nitida. *Pappus* sessilis, pilosus, rigidus.

Variat quandoque *foliis* immaculatis et *floribus* albis.

356. Cnicus, *Kratzdistel*, *Federdistel.*

1) *Cn. oleraceus* foliis amplexicaulibus laciniato-pinnatis serratis subspinosis, floribus aggregatis subracemosis bracteis subcoloratis ovatis obvallatis, squamis calycinis lanceolatis spinosis. *Kohlartige Kratzd. Krautdistel, gelbe Wiesendistel, Wiesenkohl, wilde Cardobenedicte.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1678. *Ejusd.* Enum. p. 841. *Hoffm.* Germ. II. p. 127. *De Vest* M. b. p. 186. *Schkuhr.* b. H. t. 229.)

Carduus oleraceus Pers. syn. pl. II. p. 389.

Cir-

Cirsium oleraceum Scopol. Carn. II. p. 124. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 352.
C. variabile Moench. Meth. p. 558.
Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis humidis frequens.

Caulis 3-6-pedalis et altior, erectus, crassus, striatus, glaber, simplex. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, glabra, venosa, pinnatifida, margine spinis mollibus ciliata. *Flores* terminales, magni, lutescentes, coacervati, *bracteis* ovato-lanceolatis concavis conniventibus pallide luteis *aut* albidis margine spinulosis basi foliaceis obvallati: *intermedius* pedunculatus, *laterales* 2 sessiles. *Calyx* cylindricus, imbricatus: *squamis* lanceolatis erectis glabris subtomentosis *spinula* terminatis. *Pappus* plumosus. *Receptaculum* pilosum.

Planta tota plerumque ex albido *aut* viridi pallide flavescit.

Variat: *foliis* majoribus undulatis et minoribus lanceolatis indivisis, nonnunquam etiam *flore* solitario.

2) *Cn. intermedius* foliis alternis petiolis dilatatis amplexicaulibus lato-lanceolatis utrinque glabris margine dense spinulosis pinnatifidis: laciniis 2-3-lobatis integris, supremis lineari-lanceolatis integris, floribus solitariis. *Mittlere Kratzd.*

Perenn. ?. *Flor. Jul. Augusto.*

Hab. in humidis nemorosis, praesertim turfosis. (In *sylvae irtenbergensis* parte occidentali solo humido, im *Steigerwald* versus *Schleichach*, im *bildsteiner Gehege* prope *Hilters*, et in turfosis umbrosis prope *Grossenlangheim* specimina pauca legi.)

Radix repens. *Caulis* sesqui-aut 2-pedalis, erectus,

tus, strictus, sulcatus, pilis hinc inde adspersus, coeterum glaber, simplex, 2-plerumque 3-florus. *Folia* -ato-lanceolata, utrinque laete viridia ac glabra, nervo in medio valido percussa, *spinulis* albidis dense ciliata, profundius pinnatifida: *laciniis* oppositis obtusis 2-3-lobatis non dentatis, *radicalia* numerosa in ordinem digesta majora, *caulina* alterna erecta, *suprema* minima lineari-lanceolata indivisa. *Petioli* continuatione folii dilatati, amplexicaules, margine spinulosi. *Flos* terminalis maximus, *laterales* multo minores ac serius florentes, utplurimum 2 alterni: *omnes* longius pedunculati invicem remoti erecti albi. *Calyx* cylindricus, basi rotundatus, glaberrimus: *squamis* numerosissimis lanceolatis acutis apicem versus saturate viridibus *inferne* albidis spinula tenuissima albida nitida terminatis arcte imbricatis. *Receptaculum* pilosum. *Semina* oblonga, compressa: *Pappus* praelongus, plumosus, sericeus, sessilis.

Planta adhuc valde obscura. Data hic descriptio a planta viva desumta est, et nulla alia authorum ei omnino convenit. Nec *Cnicum rigentem* (L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1675. *Schweigg.* et *Koert.* Fl. erl. p. 27.) nec *Cn. Lachenalii* (*Gmel.* Fl. bad. III. p. 380) revera aequat. Inter *Cnicum oleraceum* et *Cn. tataricum* medium tenere videtur, ideoque *intermediam* eam dixi. *Folia summa* florem quidem attingunt, sed flos hic nequaquam dici potest involucratus. *Caulis* exceptis pedunculis 2 lateralibus vere simplicissimus. Praeterea planta nostra humida umbrosa, praecipue turfosa incolit, et nunquam in pascuis macilentis *aut* in collibus reperitur.

3) *Cn. lanceolatus* foliis decurrentibus hispidis pinnatifidis: laciniis 2-lobis divaricatis spinosis, flo-

ribus subsolitariis ebracteatis, calycibus ovatis ar noideo-pubescentibus: squamis lanceolatis spin patentibus. *Lanzettblaettrige Kratzd. Sperrdistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1666. *Ejusd.* Enum 840. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 1

Carduus lanceolatus Linn. sp. pl. II. p. 11 2. *Pers.* syn. pl. p. 387. *Smith.* Brit. II. p. 847.

Cirsium lanceolatum Scop. Carn. p. 130. *Mo* Meth. p. 556. *Schrank.* bajer. Fl p. 353.

Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad sepes et vias que.

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, validu mosus, angulatus, spinosus, *superne* praecipue tomentosus, foliis decurrentibus alatus. *Folia* na, decurrentia, lanceolata, rigida, *superne* satura ridia aspera, *subtus* albide tomentosula, pinnat *laciniis* plerumque 2 - etiam 3-lobis divaricatis gine et apice spinosis. *Flores* terminales, erecti, ni, subsolitarii, purpurei: *pedunculis* brevibus t tosis alatis subinermibus. *Calyx* ovatus, imbri *squamis* ovato-lanceolatis rigidis carinatis; *ext bus* apice spinula terminatis *basi* villis albis int tis, *intimis* setaceis inermibus aridis. *Recepta* villosum. *Pappus* longus, plumosus, deciduus.

Variat *floribus* albis.

4) *Cn. palustris* foliis decurrentibus nudi ceolatis dentatis margine spinosis undulatis, fl aggregatis ebracteatis, squamis calycinis ovato- olatis mucronatis adpressis. *Sumpf-Kratzd. S distel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1662. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. bot. l. c.

Carduus palustris Linn. sp. pl. II. p. 1151. n. 6. *Pers.* syn. pl. p. 368. *Smith.* Brit. p. 850.

Cirsium palustre Scop Carn. p. 128. *Moench.* Meth. l. c. *Schrank.* bajer. Flor. p. 354.

Perenn. bienn. Flor. Junio - Augusto

Hab. in pratis et pascuis udis, ad rivos et lacus fere ubique.

Caulis 4 - 6 - pedalis et altior, erectus, strictus, ramosus, villosus, multangulus, undique alatus et auriculis foliaceis spinosissimis obsessus. *Folia* alterna, lanceolata, acuta, decurrentia, sinuato - laciniata, *supra* obscure viridia, *subtus* glauca hirsuta, margine spinosa et crispato - undulata: *radicalia* petiolata, *suprema* angustiora saepe recurva. *Flores* terminales, fasciculati, purpurei, quam in antecedentibus multo minores, ebracteati: *pedunculis* brevissimis teretibus aculeolis paucis obsessis, fere inermibus. *Calyx* ovati - oblongus, ventricosus, parum lanatus: *squamis* arcte imbricatis laevibus spinula brevissima purpurea terminatis. *Receptaculum* villosum. *Pappus* sessilis, plumosus, deciduus.

Variat *caule* simplici et *floribus* albidis.

5) *Cn. eriophorus* foliis sessilibus pinnatifidis scabris: laciniis geminatis divaricatis spinosis, floribus aggregatis ebracteatis, calycibus globosis arachnoideo - villosis: squamis mucronatis reflexis. *Wollkoepfige Kratzd. grosskoepfige Distel, Wolldistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1669. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 128. *De Vest* Man. bot. p. 188.)

Carduus eriophorus Linn. sp. pl. p. 1153. n. 16.

 Pers.

Pers. syn. pl. p. 387. *Smith.* Brit. 852. *Jacq.* Austr. t. 171.

Cirsium eriophorum Scopol. Carn. p. 130. *Moench.* Meth. p. 557. *Schrank.* bajer. Fl. p. 355.

Bienn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in sylvaticis et montosis. (Ad sylvam vulgo *die Altung* versus *Hirschfeld*, et in der *Fundgruben* inter *Kitzingen* et *Grossenlangheim.* In montosis prope *Ochsenfurth* versus *dem Kapuzinerholz* et *Zeubelrieth.* In montosis siccis *des Hassberges* prope *Grumm* et *Altershaussen.* Occurrit etiam circa *Boeddingen* teste *Ill. Wibel.*)

Caulis 3 - 5 - pedalis, erectus, teres, sulcatus, pilis mollibus obtectus, inermis, ramosus: *ramis* alternis divisis patentibus. *Folia* alterna, sessilia, non decurrentia, pinnatifida, *supra* laete viridia villosa scabriuscula, *subtus* mollia albide tomentosa: *laciniis* profunde 2 - fidis longis divaricatis sursum et deorsum directis basi et apice praecipue longe spinosis. *Flores* terminales, solitarii, subsessiles, erecti, magni, speciosi, purpurascentes, *foliis summis* involucrati. *Calyx* praemagnus, globosus, dense arachnoideo - lanatus: *squamis* lineari - subulatis erecto - patentibus mucronato-spinosis. *Receptaculum* villosum. *Pappus* sessilis, plumosus, deciduus.

Variat: *calycibus* minoribus minus lanatis.

Praeter loca indicata natalia in aliis adhuc regionibus provinciae nostrae habitare videtur, saltem secundum multa specimina inter plantas indigenas a *dil. patre meo* mihi relicta.

6) *Cn. acaulis* pedunculis 1 - floris radicatis, calycibus glabris, foliis pinnatifidis plicato - undulatis spinosis. *Stengellose Kratzd. Zwergdistel.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1681. *Ejusd.* Enum. p. 12. *Hoffm.* Germ. p. 130. *De Vest* M. b. l. c. *Sturm.* Fl. I. 24.)

arduus acaulis Linn. sp. pl, p. 1156. n. 26. *Pers.* n. pl. p. 389. *Smith.* Brit. p. 855.

irsium acaule Scop. Carn. p. 131. *Moench.* Meth. 558. *Schrank.* bajer. Fl. p. 354.

renn. Flor. Jul, Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, collibus et ad as ubique.

Caulis nullus. *Folia* supra radicem plurima in spitem congesta, depressa, petiolata, glabra, regidicula, lanceolata, sinuato-laciniata, plicato-undula-, utrinque laete viridia, margine spinuloso-aculea-. *Pedunculus* radicatus, brevissimus, 1-2-3-uncis, aphyllus, 1-florus. *Flos* solitarius, magnus, purreus, in nido foliorum quasi sessilis. *Calyx* ovatus, iber; *squamis* arcte imbricatis erectis mucronulato-ngentibus. *Receptaculum* pilosum. *Pappus* longs, plumosus, sessilis.

Variat: *pedunculo* palmari et altiori fere caulesnte 2-3-floro, (*Cn. dubius Willd.* Prod. ber. t. f. 11.) et *floribus* albis.

7) *Cn. arvensis* foliis subdecurrentibus pinnadis nudiusculis spinosis, caule paniculato, floribus ciculatis, calycibus ovatis: squamis mucronatis appressis. *Acker-Kratzd. Feld-Distel, Haferdi-*

Hoffm. Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 189. *Wib.* erth. p. 172. *Spreng.* Hal. p. 231. *G. M. Sch.* Fl. Wetter. III. p. 164. *Bernh.* Erf. p. 156.)

Car-

Carduus arvensis *Pers.* syn. pl. p. 388. *Smith.* Brit. p. 850.

Cirsium arvense *Scop.* Carn. p. 126. *Moench.* Meth. p. 557. *Schrank.* bajer. Fl. p. 353.

Serratula arvensis L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1646. *Ejusd.* Enum. p. 836. *Roth.* Germ. I. p. 348. III. p. 294.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, inter segetes et ad vias ubique.

Radix repens, profunde descendens, vix omnino exstirpanda. *Caulis* 2-3-pedalis et altior, erectus, teres, ramosus, *basi* lanuginosus parum aculeatus, *superne* cum ramis angulatis inermis. *Folia* alterna, sessilia, subdecurrentia, lanceolata, rigida, glabriuscula, plicato-undulata, lobata, spinosa, *supra* laete viridia, *subtus* pallidiora: *juniora* subtus albido-tomentosa, *suprema* multo minora subintegra. *Flores* terminales, mediocres, pallide purpurei, odorati, fasciculati: *pedunculis* elongatis inermibus nudis. *Calyces* oblongi, basi subventricosi, colorati: *squamis* numerosis arcte imbricatis lanceolatis adpressis *spinula* brevi miti patenti terminatis. *Receptaculum* paleaceum, splendens. *Pappus* longus, sessilis, plumosus, deciduus.

Variat saepe *calycibus* cylindricis et *corollulis* minimis, *calycibus* ovato-oblongis et *corollulis* 3-plo fere majoribus, nec non etiam *floribus* pallidioribus subcarneis, violaceis et albidis.

In Herbario plantarum indigenarum *a dil. patre meo def.* mihi relicto etiam *Cnicus canus* et *Cn. tuberosus* reperiuntur. Quum vero locus, quem inhabitent, ibidem haud determinatus sit, neque ipsemet illas plantas adhuc detexerim, eas a me idcirco praetereundas esse, existimavi.

357.

357. SERRATULA, *Scharte*, *Schartenkraut.*

1) *S. tinctoria* foliis argute serratis pinnatifidis integrisque, corymbo fastigiato. *Faerber-Sch. Faerbedistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1638. *Ejusd.* Enum. p. 836. *Pers.* syn. pl. II. p. 390. *Hoffm.* Germ. II. p. 130. *Schkuhr* b. H. t. 234. *Sturm.* D. Fl. 1. 3.)

Carduus tinctorius Scop. Carn. II. p. 132. *De Vest* M. b. p. 184. *Bernh.* Erf. p. 155.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in nemorosis et dumetosis ubique fere.

Caulis 1-2-3-pedalis, erectus, strictus, angulatus, inermis, glaber, *superne* divisus. *Folia* alterna, tenuia, utrinque glabra, inermia, ovata s. ovato-lanceolata, acute serrata, lyrata s. pinnatifida: *lacinia terminali* maxima, *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia minora plerumqne integra. *Flores* mediocres, terminales, corymbosi, fastigiati, purpurei. *Calyx* cylindricus, glaber: *squamis* arcte imbricatis membranaceis coloratis inermibus.

Variat: *foliis omnibus* integris et *omnibus* incisis, aut *inferioribus* integris et *superioribus* pinnatifidis, nonnunquam etiam *floribus* albis, et solo pinquiori *caule* ultra 4-pedali.

358. ONOPORDON, *Krebsdistel*, *Zellendistel.*

1) *On. Acanthium* foliis decurrentibus tomentoso-lanatis sinuato-dentatis spinosis. *Gemeine Krebsd. Krampfdistel, Eselsdistel, Zellblume.*

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1686. *Ejusd.* Enum. p. 843. *Pers.* syn. pl. II. p. 383. *Hoffm.* Germ. II. p. 131. *De Vest* M. b. p. 190. *Schkuhr.* b. H. t. 230.)

Acanos spina Scop. Carn. II. p. 132.

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis et ad vias ubique.

Planta tota rigida, canescenti-virens, spinosissima, lana nivea facile abradenda vestita, *caule* et *ramis* undique ad calycem usque alatis. *Caulis* 2-3-4-pedalis, interdum altior, erectus, a basi jam ramosus, brachiatus. *Alae caulis* et *ramorum* rectae, latae, sinuatae, spinosae. *Folia* alterna, sessilia, ovato-oblonga, sinuato-dentata, spinosa: *inferiora* praesertim praemagna. *Flores* pedunculati, terminales, erecti, solitarii, magni, speciosi, purpurei. *Calyx* maximus, globosus, demum depressus: *squamis* plurimis dense imbricatis divaricato-patentibus subulatis spina simplici terminatis *basi* tomento albo intertextis. *Receptaculum* cellulis paleaceis subtetragonis reticulatum. *Pappus* deciduus, scaber.

Variat: *flore* albo.

359. Carlina, *Eberwurz, Rosswurz, Carlsdistel.*

1) *C. acaulis* caule 1-floro flore breviore. *Stiellose Eberw. englische Distel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1693. *Ejusd.* Enum. p. 844. *Pers.* syn. pl. II. p. 381. *Hoffm.* Germ. II. p. 131. *De Vest* Man. bot. p. 191. *Schkuhr.* b. H. t. 232. *Herb. Blackw.* t. 532.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab.

Hab. in apricis, montosis, in juniperetis et pinetis siccis. (In apricis pinetis prope *Arnshaussen, Nüdlingen* et *Ebenhaussen.* In monte *st. crucis* versus *Bischofsheim,* praesertim supra *semitam,* quam *Kniebrech* adpellant et in multis aliis regionibus dictae indolis *Rhoenae* frequens. In asperis lapidosis prope *Neustadt a. S.* versus *Wechterswinkel* et alibi rarius.)

Radix longa, cylindrica, pollicari crassitie, profunde descendens, *extus* nigra rugosa, *superne* ramosa. *Caulis* 1 - florus, brevissimus, uncialis, diametro floris multo brevior. *Folia* multa, e radicis summitate statim exeuntia, vix petiolata, in orbem disposita, lanceolata, glabra, pinnatifida: *laciniis* plicatis lobatis sinuato - dentatis; *dentibus* spinescentibus. *Flos* involucratus, in medio foliorum haerens eique quasi impressus, magnus, speciosissimus, albus, in sole pulcherrime nitens atque expansus. *Involucri foliola* pinnatifida, tomentosa, viridia, spinis divisis obsessa. *Phylla* involucro duplo *aut* 3 - plo longiora, lineari-lanceolata, arida, alba, nitida, radium mentientia.

Flores perennantes siccati etiam pulchritudinem non ammittunt.

In planta viva *florum radius* die et coelo sereno expansus, nocte vero et tempore pluvioso clausus est.

2) *C. caulescens* caule 1 - floro florem multoties superante, involucris fuscis. *Gestielte Eberw.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. *C. Bauh.* Pin. p. 380. *Joh. Bauh.* Hist. III. p. 64 et fig. *Volckam.* Fl. norib. p. 87. *Alb. Hall.* Fl. jen. p. 212. *Lamarck.* Encycl. meth. Bot. I. p. 616. *Weinm.* Phytanth. Icon. II. p. 54. t. 310. f. a. c. *Knorr.* thes. II. p. 31. t. C. 1.)

C. grandiflora Moench. Meth. p. 559.

Perenn.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. cum priori, sed rarius.

A praecedente: *caule* imprimis diametro floris multo longiore (palmari, spithamaeo et altiore) erecto s. decumbente folioso glabro plerumque rubicundo, *foliis* longioribus amplioribus: *radicalibus* evidenter petiolatis, *caulinis* alternis utrinque viridibus, *involucris* s. *phyllis exterioribus* semper fuscis et *flore* plerumque ampliori constanter differt.

Haec et antecedens *a b. patre meo* in horto nostro botanico cultae faciem non mutaverunt. Idem et ego in planta spontanea, et *dil. meus frater A.H.* in specie acauli *in horto botan. celeberrimo hafniensi* culta per plures annos observavimus.

Apud plurimos authores *Varietas* praecedentis.

3) *C. vulgaris* caule multifloro corymboso. *Gemeine Eberw. Sod - Distel, Dreidistel, Sand - Carline.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1696. *Ejusd.* Enum. p. 844. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 132. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 232.)

Bienn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. ubique in asperis montosis.

Caulis palmaris, 1 - 2 - pedalis, erectus, rigens, teres, sulcatus, lanatus, *superne* corymboso - ramosus: *ramis* oppositis alternisque; *centrali* exterioribus breviori. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, incano-tomentosa, saepius nudiuscula, sinuato - dentata: *dentibus* spinosis, *superiora* sensim minora denticulata. *Flores* terminales, corymbosi, quam in antecedentibus sexies minores. *Involucri foliola* spinosissima, fusca. *Phylla* involucro duplo longiora, linearia, scariosa, luteo-

luteo-albida, radiantia. *Corollulae* apice atro-purpureae.

Planta etiam *emortua* per hyemem plerumque persistit. *Caulis* a digitali ad 3-pedalem altitudinem saepius ascendit.

Variationem *acaulem* observavit plantarum acutissimus Indagator *Wibelius.* (*Flor. werth. p.* 168.)

Specimen: *caule* et *foliis* glabriusculis: *immis* semipinnatis, *superioribus* ovato-lanceolatis et *radio* flavescente *Carlinae corymbosae Scop.* Carn. II. p. 133. quodammodo quadrans in lapidosis prope *Tückelhaussen* legi.

Hujus plantae *calyx exsiccatus* Hygometrio inservire potest; coelo enim sereno sese aperit situ horizontali, imo reflectitur, tempestate humida econtrario contrahitur. (*Pers. l. c.*)

360. CARTHAMUS, *Saflor.*

1) *C. tinctorius* foliis ovatis integris spinoso-dentatis. *Faerbender Safl. wilder Safran, Bürstenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1706. *Ejusd.* Enum. p. 845. *Pers.* syn. pl. II. p. 380. *Weinm.* Phytanth. Icon. II. p. 57. t. 320.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in Aegypto et in India. (Colitur hinc inde in agris e. gr. prope *Thüngersheim* et alibi.)

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, strictus, teres, nitidus, glaberrimus, albidus, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, ovata, acuta, margine spinoso-dentata, rigida, saturate viridia, nitida, glabra, *Flores* terminales, pedunculati, corymbosi. *Calyces* magni, ovato-

to-globosi: *foliolis* imbricatis glabris spinula terminatis. *Corollulae* calycem superantes, laxae, croceae. *Pappus* nullus.

Semina drastricas vires exercent.

361. Bidens, *Zweizahn*, *Kunigundenkraut*.

1) *B. tripartita* foliis 3-partitis lanceolatis dentatis, floribus discoideis erectis, caule ramoso. *Dreitheiliger Zweiz. Wasserdosten, Wassersternkraut, Pfauenspiegel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1715 *Ejusd.* Enum. p. 846. *Pers.* syn. pl. II. p. 393, *Hoffm.* Germ. II. p. 132. *De Vest* M. b. p. 192. *Herb. Bl.* t. 519.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in paludosis et ad ripas ubique.

Radix subfusiformis. *Caulis* 1-2-3-pedalis et altior, erectus, obtuse 4-angulus, sulcatus, glabriusculus, *inferne* plerumque rubellus, ramosus: *ramis* oppositis. *Folia* opposita, petiolata, glabra, 3-partita: *laciniis* lanceolatis serratis: *intermedia* maxima saepe pinnatifida; *suprema* lanceolata simplicia. *Petioli* dilatati, foliosi, ciliati. *Pedunculi* terminales et alares, glabri, rubelli, 1-flori. *Flores* erectiusculi, lutei, *foliolis pluribus* lanceolatis longioribus obvallati. *Semina* compressa, angulata; *setis* 2-4 rigidis rectis retrorsum aculeatis coronata.

Variat *caule* multo humiliori vix pedali, et *floribus* radiatis.

2) *B. cernua* foliis lanceolatis serratis, floribus subradiatis nutantibus, caule ramoso. *Ueberhaengender Zweiz. Wasserwundkraut, Wasserkaeppchen.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1716. *Ejusd.* Enum. p. 347. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 235.)

Coreopsis Bidens Linn. sp. pl. p. 1281. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 305. *Leers* Herb. p. 189. *Sturm.* D. Fl. I. 1.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in inundatis, ad fossas, ripas et acus.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, superne striato-sulcatus, pilosus, persaepe rubellus et rubro punctatus, ramosus *aut* simpliciusculus. *Folia* opposita, connato-sessilia, patentia, simplicia, lanceolata, serrata, glabra. *Flores* terminales et laterales, pedunculati, majusculi, lutei, nutantes, *foliis longioribus* involucrati, semper radiati. *Semina* angulata, basi attenuata, *aristis* plerumque 3-4, raro retrorsum aculeatis praedita.

3). *B. minima* foliis simplicibus lanceolatis subintegerrimis, radice repente, caule simplicissimo, flore solitario erecto, seminibus 3-quetris 2-aristatis. *Kleinster Zweiz.*

(*Linn.* sp. pl. p. 1165. n. 2. *Moench.* Meth. p. 570. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 288. *Roth.* Germ. I. p. 350. II. p. 301. *De Vest* M. bot. l. c. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 358. *Rebent.* Neomarch. p. 103.)

B. cern. β. Willd. Pers. et plurimorum authorum.

Ann. Flor. August. Septembri.

Hab. in paludosis, ad ripas. (Ad fossas et in paludosis *am Altwasser* et *am Wehr* prope *Abb. Heidenfeld,* in *der Altung* versus *Hirschfeld,* circa *Gros-*

sen-

senlangheim, ad *Moeni* ripas infra *Retzbach*, *Karlstadt*, prope *Hassfurth* et alibi.)

Radix fibrosa, repens. *Caulis* 1-2-uncialis, erectus, simplicissimus. *Folia* pauca, remota, opposita, sessilia, brevia, lanceolata, obtusa, basi attenuata, plerumque integerrima, rarius in medio dente uno alterove praedita. *Flos* unicus, terminalis, exiguus. *Bracteae* 2, rarius 3 foliorum figura. *Semina* longa, 3-quetra: *aristis* constanter 2 longissimis instructa.

Plantam ultra 6 annos in loco natali constantissimam observavi.

362. Eupatorium, *Wasserdost*, *Alpkraut*.

1) *E. cannabinum* foliis digitatis serratis. *Hanfaehnlicher Wasserd. Wasserhanf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1756. *Ejusd.* Enum. p. 852. *Pers.* syn. pl. II. p. 400. *Hoffm.* Germ. II. p. 133. *De Vest* M. b. p. 180. *Herb. Bl.* t. 110.)

Perenn Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis sylvaticis, ad ripas, fossas et rivos ubique.

Caulis 3-4-interdum 6-pedalis, erectus, villosus, ramosus, purpurascens, quadrangulus, *superne* teres. *Folia* opposita, petiolata, subvillosa; *inferiora* plerumque 5-*superiora* 3-nata: *foliolis* ovato-lanceolatis serratis, *terminali* majori. *Flores* pedunculati, terminales, numerosissimi, dense corymbosi, purpurei *aut* dilute carnei. *Calyces* 5-flori. *Pappus* plumosus.

Variat *floribus* albidis et *foliis summis* simplicibus.

363. Chrysocoma, *Goldhaar*, *Goldschopf*.

1) *Chr. Linosyris* foliis linearibus glabris, calycibus laxis. *Leinblaettriges Goldh. Golden-Leinkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1791. *Ejusd.* Enum. p. 856. *Pers.* syn. pl. II. p. 405. *Hoffm.* Germ. II. p. 134. *De Vest* M. b. p. 181. *Schkuhr.* b. H. t. 238.)

Aster Linosyris Bernh. Erf. p. 151.

Perenn. Flor. Augusto-Ootobri.

Hab. in montosis sterilibus. (In *monte dürrbacensi*, praecipue versus *dem Schenkenschlosse* et *Veitshoechheim.* In montibus *Kalbenstein* et *Kalmut* copiose, alibique.)

Caules plures, palmares, pedales, interdum altiores, erecti, teretes, scabriusculi, simplices, virgati, maxime foliosi. *Folia* sparsa, conferta, sessilia, lineari-lanceolata, angusta, integerrima, rigidula, glabra, laete viridia. *Flores* terminales, corymbosi, aurei. *Pedunculi* erecti, sub calyce intumescentes, maxime foliosi: *foliolis* linearibus brevibus subimbricatis. *Calyx* oblongo-cylindricus: *squamis* lineari-setaceis patulis laxe imbricatis. *Pappus* subplumosus.

Variat *caule* digitali et 2-pedali, *corymbo* pauci- et multifloro.

Superflua.

364. Tanacetum, *Rheinfarrn*, *Wurmkraut*.

1) *T. vulgare* foliis bipinnatis incisis serratis. *Gemeiner Rheinf. Weinfarrn.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1814. *Ejusd.* Enum. p. 859. *Pers.* syn. pl. II. p. 409. *Hoffm.* Germ. II. p. 134. *De Vest* M. b. p. 196. *Sturm.* D. Fl. I. 10. *Knorr.* thes. II. t. T. 2. *Herb. Bl* t. 464.)

Chrysanthemum vulgare Bernh. Erf. p. 144.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in salicetis, ad fluvios et rivos ubique.

Caulis 3 - pedalis et altior, erectus, durus, teres, striatus, glaber, *superne* ramosus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, glabra, viridia, punctulata, interrupte et decursive pinnata: *pinnis* oblongis pinnatifidis argute serratis. *Flores* terminales, numerosi, planiusculi, aurei, corymbosi, fastigiati. *Calyx* glaber, hemisphaericus : *foliolis* obtusis arcte imbricatis margine scariosis nigris. *Flosculi* numerosissimi, 4-et 5 - fidi. *Semina* parva, angulata, absque pappo.

Herba amara, aromatica, graveolens.

365. Artemisia, *Beifuss.*

1) *A. Abrotanum* foliis ramosissimis setaceis, caule erecto fruticoso, receptaculo nudo. *Wohlriechender Beif. Staabwurz, Zitronenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1818. *Ejusd.* Enum. p. 859. *Pers.* syn. pl. II. p. 409. *De Vest* Man. b. p. 193. *Herb. Bl.* t. 555.)

Suffrutex. Flor. Augusto - Octobri.

Hab. in Europa *calidiori.* (In hortis nostris et vineis frequens.)

Caules 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, ramosi, dense foliosi, *inferne* lignosi teretes, *superne* herbacei [illegible]

ngulati. *Folia* sparsa, conferta, petiolata, duplicato-pinnatifida: *laciniis* angustis linearibus longis integris utrinque punctulatis subvillosis. *Racemi* axillares, multiflori. *Flores* parvi, pedunculati, subrotundi, nutantes, lutescentes. *Calyces* pubescentes. *Styli* 3-fidi.

Herba fragrans, grate aromatica, amara.

2) *A. campestris* foliis lineari-multifidis utrinque glabris, caule procumbente ramoso virgato, receptaculo nudo. *Feld-Beif.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1827. *Ejusd.* Enum p. 860. *Pers.* syn. pl. p. 410. *Hoffm.* Germ. II. p. 135. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 240.)

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in arenosis, ad muros et vias ubique.

Caules e radice lignosa plures, 1-2-3-pedales, procumbentes, *demum* erectiusculi, teretes, glabri, lignosi, duri, ramosi, purpurascentes, rarius toti virides. *Folia* pinnato-multifida: *pinnulis* angustis linearibus -5-partitis utrinque glabris viridibus, *junioribus* sericeis: *radicalia* in orbem digesta depressa longius petiolata, *caulina* alterna ac minus composita. *Racemi* terminales et axillares, secundi, foliis longiores. *Flores* copiosi, parvi, pedunculati, subnutantes, rubescentes. *Calyx* imbricatus, glaber: *foliolis* carinatis margine scariosis. *Stigma* stellatum.

Herba omnino inodora.

3) *A. Absynthium* foliis multipartitis argenteo-tomentosis: laciniis lanceolatis obtusiusculis, caulibus erectis subtomentosis, receptaculo villoso. *Bitter Beif. Wehrmuth, Wurmtodt.*

 (L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1844. *Ejusd.* Enum. p. 863. *Pers.* syn. pl. p. 413. *Hoffm.* Germ. p 136. *De Vest* M. b. p. 194. *Knorr.* thes. II. t. A. 17. *Herb. Bl.* t. 17.)

Absynthium vulgare Moench. Meth. p. 579. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 361. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. 196. *Bernh.* Erf. p. 143.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros passim. Copiose praeterea in hortis et vineis.

Caules 2-3-4-pedales, erecti, striati, ramosi, sulcati, villosi, albidi, *inferne* sublignosi. *Folia* alterna, petiolata, utrinque et subtus praecipue argenteo-tomentosa, punctulata, bipinnatifida, *pinnis* cuneiformibus pinnatifidis: *laciniis* linearibus obtusiusculis; *superiora* sessilia, trilobata, *suprema* lineari-lanceolata integra. *Flores* pedunculati, lutei, subglobosi, nutantes, racemosi. *Racemi* compositi, foliosi, secundi, terminales et laterales. *Calyces* tomentosi, hemisphaerici.

Herba amarissima, aromatica.

Variationem elegantissimam: *caule* multo altiori minus ramoso densius albo-tomentoso, *foliis* holosericeis nitidissimis: *laciniis* elongatis acutiusculis inter ruinas arcis *Karlsburg* inveni.

4) *A. vulgaris* foliis pinnatifidis: pinnis planis lanceolatis subtus tomentosis, caule erecto glabro, receptaculo nudo. *Gemeiner Beif. Johannisgürtel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1845. *Ejusd.* Enum. p. 864. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 195. *Herb. Bl.* t. 431.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros ubique.

Caules 3- 6-pedales, erecti, glabri, sulcati, *inferne* saepius purpurascentes, ramosi: *ramis* alternis simplicibus virgatis striatis pubescentibus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, *supra* lineata glabra obscure viridia, *subtus* niveo-tomentosa, pinnatifida: *laciniis* lineari-lanceolatis divisis denticulatis. *Racemi* foliosi, simplices, recurvati. *Flores* erecti, flavi. *Calyces* ovati, albido-tomentosi.

Variat *caule* subtomentoso.

Herba odorata, quam in antecedente, multo minus amara.

5) *A. Dracunculus* foliis lanceolatis integerrimis cauleque erecto glabris, receptaculo nudo visco-so. *Dragun-Beif. Dragant, Estragon, Kaisersalat, Essigkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1848. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Herb. Bl.* t. 116.)

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in Europa australi. (In hortis nostris, passim etiam in vineis abunde colitur.)

Caules plures, 2-4-pedales, erecti, glaberrimi, ex albido virides, ramosi. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, utrinque attenuata, glabra, integerrima, nitida: *suprema* et *ramea* breviora angustiora. *Racemi* terminales: *floribus* pedunculatis parvis geminis nutantibus cauli adpressis fusco-ferrugineis. *Calyx* ovatus, viridis, glaber: *squamis* interioribus margine membranaceis.

Herba fragrans, grate aromatica.

366. GNAPHALIUM, *Ruhrkraut*, *Rainblume.*

1) *Gn. arenarium* foliis lanceolatis albo-tomentosis: inferioribus obtusis, corymbo terminali composito, caule simplici. *Sand-Ruhrkr. gelbe Rainblume, Immerschoen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1867. *Ejusd.* Enum. p. 865. *Pers.* syn. pl. II. p. 418. *Hoffm.* Germ. II. p. 137. *De Vest* Man. b. p. 197. *Herb. Bl.* t. 524.)

Elichrysum arenarium Moench. Meth. p. 575.

Perenn. Flor. Julio-Octobri.

Hab. in arenosis ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, albo-tomentosus, simplex, *superne* divisus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, integerrima, utrinque tomento molli albido vestita: *inferiora* spathulata, *superiora* lanceolata magis minusve acuta et obtusiuscula. *Flores* speciosissimi, aurei *aut* aurantiaci, corymbosi. *Corymbi* terminales, multiflori, densi, subglobosi: *pedunculis* maxime albo-tomentosis *superne* ramosis. *Calyx* ovatus, imbricatus: *spuamis* obtusis scariosis aureis nitidissimis persistentibus.

Variat: *flosculis omnibus* hermaphroditis et *caulibus* in medio ramosissimis.

2) *Gn. luteo-album* foliis lineari-lanceolatis repandis utrinque albo-tomentosis: inferioribus obtusis, floribus glomeratis, caule erecto basi ramoso. *Blassgelbes Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 1871. *Pers.* syn. pl. p. 420. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Eli-

Elichrysum conglomeratum Moench. Meth. p. 76.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in arenosis pinetis, et in sylvaticis humidis passim.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, undique albo - tomentosus, mollis, *superne* divisus, *basi* ramosus: *ramis* decumbentibus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, albo - tomentosa mollia, undulata, repanda, linearia, acuta: *inferiora* spathulata obtusa. *Flores* terminales, globoso - fasciculati, parvi, sordide lutei. *Calyx* subrotundus: *squamis* scariosis labris splendentibus argenteis *aut* pallide citrinis.

3) *Gn. dioicum* foliis radicalibus spathulatis: caulinis lineari - lanceolatis, caule simplicissimo basi sarmentis procumbentibus, corymbo simplici, floribus dioicis. *Zweihäusiges Ruhrkr. Engelsblümlein, Katzenpfoetchen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1882. *Ejusd.* Enum. p. 67. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest Man.* bot. l. c..)

Antennaria dioica Moench. Meth. p. 577. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 193.

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in ericetis, in versuris et montanis sterilibus copiose.

Radix valde repens: *sarmentis* procumbentibus radicantibus foliosis tomentosis. *Caulis* digitalis *aut* palmaris, erectus, teres, dense albo - tomentosus, simplicissimus. *Folia* integra, *subtus* albo - tomentosa: *radicalia* numerosa in orbem digesta spathulata in petiolum desinentia, *caulina* pauca alterna sessilia linearia.

aria. *Flores* terminales, fasciculato-corymbosi, speciosi, dioici. *Squamae calycinae* imbricatae: *exteriores* breviores, *interiores* longiores nitidae, in *masculis* plerumque albae, in *foemineis* amoene rubentes *aut* roseae.

Variat *caule* pedali et *floribus* variegatis.

4) *Gn. rectum* foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis, floribus axillaribus et terminalibus spicatis subsessilibus polygamis, caule erecto simplicissimo. *Gerades Ruhrkr. Wald-Rainblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1885. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 138. *Smith.* Brit. II. p. 870. *Spreng.* Hal. p. 234. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 191. *Bernh.* Erf. p. 151.)

Gn. sylvaticum Linn. sp. pl. II. p. 1200. n. 39. *Pers.* syn. pl. p. 421. *De Vest* M. b. l. c. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 368. *Scopol.* Carn. II. p. 151. t. 56. *Roth.* Germ. I. p. 354. III. p. 312. *Schkuhr.* b. Handb. t. 243.

Elichrysum strictum Moench. Meth. p. 576.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvis ubique.

Caulis 1-2-pedalis, erectus, strictus, teres, tomentosus, simplicissimus. *Folia* alterna, sessilia, angusta, erecta, integerrima, *supra* viridia denudata, *subtus* albo-sericea nitentia: *inferiora* lineari-lanceolata, *superiora* linearia paulo angustiora. *Flores* brevissime pedunculati: *inferiores* saepissime solitarii, *superiores* sensim aggregati in spiculas axillares. *Squamae calycinae* imbricatae, ovatae, lutescentes *aut* fuscae: *exteriores* breviores ac tomentosae, *interiores* longiores glabrae.

Va-

Variat *caule* a basi jam ad apicem usque florifero et *floribus* modo terminalibus dense spicatis.

5) *Gn. uliginosum* foliis lineari-lanceolatis sublanatis basi attenuatis, floribus terminalibus congestis polygamis, caule ramoso diffuso tomentoso. *Morast-Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1891. *Ejusd.* Enum. p. 868. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 198.)

Gn. tomentosum Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 292. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 192.

Elichrysum uliginosum Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in inundatis, in uliginosis praecipue nemorosis ubique.

Caulis digitalis *aut* palmaris, erectus, teres, tomentoso-niveus, a basi ramosus: *ramis* diffusis. *Folia* alterna, sessilia, lineari-lanceolata, *basi* attenuata, obtusiuscula, integerrima, utrinque plus minusve lanata. *Flores* in caule et ramis terminales, sessiles, fasciculati, griseo-fusci, tomento denso inter se connexi. *Flosculi hermaphroditici* in disco pauci, *foeminei* plurimi in radio: *omnes* fertiles. *Squamae calycinae* lanceolatae, acutae, fusco-virides, plerumque glabrae, rarius parum tomentosae.

Variat *caulibus* altioribus et minoribus, mox omnino decumbentibus, mox adscendentibus, *foliis* utrinque lanatis s. nudis et *floribus* tomento inter se non connexis. (*Gn. nudum Hoffm.* Germ. - 91. l. c.)

6) *Gn. montanum* foliis lineari-lanceolatis acutis appressis albo-tomentosis, floribus conicis confertis

tis axillaribus et terminalibus, caule erecto subdichotomo. *Berg-Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1896. *Hoffm.* Germ. p. 139. *Spreng.* Hal. p. 235. *Rebent.* Neom. p. 107. *Gmel.* Bad. III. p. 418. *Bernh.* Erf. p. 152.)

Filago montana Linn. sp. pl. II. p. 1311. n. 4. *Pers.* syn. pl. II. p. 422. *De Vest* Man. bot. p. 226. *Roth.* Germ. I. p. 373. III. p. 372. *Wib.* Werth. p. 167. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 370. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 194.

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in collibus arenosis, in montosis sterilibus, inque campis aridis.

Caulis digitalis, palmaris et major, erectus, tenuis, strictus, incano-tomentosus, *superne* ramoso-dichotomus: *ramis* elongatis. *Folia* alterna, sessilia, subdecurrentia, cauli appressa, lineari-lanceolata, acuta, integerrima: *suprema* breviora magis-*inferiora* minus incano-tomentosa. *Flores* in dichotomia et apice caulis axillares, brevissime pedunculati, 2-5 conglomerati, aureo-splendentes. *Calyces* 5-goni: *squamis* concavis carinatis membranaceis.

Variat *caulibus* 2-3-uncialibus et *caulis dichotomis* 1-floris.

7) *Gn. arvense* foliis lineari-lanceolatis lanuginosis, floribus conicis congestis subspicatis lateralibus et terminalibus tomentosis, caule paniculato. *Acker-Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1897. *Hoffm.* Germ. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Rebent.* Neom. l. c. *Gmel.* Bad. p. 417. *Bernh.* Erf. l. c. *Scop.* Carn. II. p. 153.)

Filago arvensis Linn. sp. pl. p. 1312. n. 6.

Pers.

Pers. syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 374. III. p. 373. *Wib.* Werth. p. 166. *Schrank.* bajer. Fl. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 195.

F. paniculata Moench. Meth. p. 577.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris et campis sterilibus ubique.

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, ramosissimus, valde tomentosus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, lineari-lanceolata, acutiuscula, integra, utrinque albo-tomentosa. *Flores* in caule et ramis terminales, subsessiles, conici, conglomerati, tomento albo denso connexi. *Squamae calycinae* lineares: *exteriores* 4-5 lanatae, *interiores* maxime lanatae margine membranaceae. *Flosculi* pallide lutei.

8) *Gn. germanicum* foliis lanceolatis undulatis obtusiusculis patentibus subtomentosis, floribus rotundatis hirsutis globoso-capitatis axillaribus et terminalibus, caule erecto dichotomo. *Deutsches Ruhrkr. Filzkraut, Fadenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1894. *Ejusd.* Enum. p. 868. *Hoffm.* Germ. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Rebent.* Neom. p. 106. *Gmel.* Bad. p. 415. *Bernh.* Erf. p. 151. *Scop.* Carn. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 874.)

Filago germanica Linn. sp. pl. p. 1311. n. 2. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 373. III. p. 369. *Wib.* Werth. p. 167. *Schrank.* bajer. Fl. p. 369. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 193. *Sturm.* D. Fl. I. 12.

F. rotundata Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in sterilibus et agris arenosis ubique.

Caules 3 - 4, interdum plures, palmares, pedales et altiores, erecti, teretes, albo-tomentosi, ramosi: *ramis* alternis elongatis foliosis lanuginosis dichotomis. *Folia* sparsa, sessilia, lineari-lanceolata, acutiuscula, integra, erecta, margine saepe undulata, utrinque albo-tomentosa mollia. *Flores* rotundati, sessiles, straminei, conglomerati. *Capitula* lateralia et terminalia globosa, multiflora, tomentosa, *Squamae calycinae* lanceolatae, carinatae, scariosae, arista brevi purpurea *aut* fusca terminatae. *Flosculi* lutescentes, nitidi.

Variat *caulibus* multo minoribus basi incurvis, *foliis* angustioribus supra subnudis et *capitulis* minoribus paucifloris.

367. CONYZA, *Dürrwurz*, *Donnerwurz*.

1) *C. squarrosa* squamis calycinis foliaceis squarrosis. *Sparrige Dürrw. Floehkraut, Mückenkraut, Hundsauge, gelbe Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1918. *Ejusd.* Enum. p. 871. *Pers.* syn. pl. II. p. 426. *Hoffm.* Germ. II. p. 140. *De Vest* M. b. p. 196. *Herb. Bl.* t. 102.)

Inula squarrosa Bernh. Erf. p. 148.

Bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in asperis montosis juxta vineas, inque sylvaticis montosis ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, angulosus, villosus, *apice* corymbosus multiflorus. *Folia* alterna, ovato-lanceolata, subdenticulata, utrinque villosa, subrugosa: *inferiora* petiolata majora crenato-serrata, *suprema* ac *ramea* sessilia lanceolata angustiora. *Flores* termi-

minales, numerosi, flavi. *Calyx* ovali-cylindricus, imbricatus: *squamis exterioribus* apice recurvato-patentibus foliaceis, *interioribus* rectis ciliatis.

Herba amara, odorata.

368. ERIGERON, *Berufkraut*, *Beschreikraut*, *Altmannskraut*.

1) E. *canadense* caule paniculato hirto, foliis lanceolatis pilosis: inferioribus inciso-dentatis, superioribus integerrimis. *Kanadisches Berufkr. weisse Dürrwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1954. *Ejusd.* Enum. p. 872. *Pers.* syn. pl. II. p. 430. *Hoffm.* Germ. II. p. 140. *Ejusd.* Germ. ed. 1791. t. 12. *De Vest* M. b. p. 210.)

E. paniculatum Moench. Meth. p. 598.

Inula canadensis Bernh. Erf. p. 150.

Ann. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in incultis, in arvis, in ruderatis, ad muros et vias ubique.

Caulis 1-2-3-pedalis, erectus, sulcatus, hirtus, virgatus, paniculato-ramosus. *Folia* sparsa, patentia, pilosa: *inferiora* ovato-lanceolata inciso-dentata in petiolum brevem desinentia, *superiora* et *ramea* perfecte sessilia lineari-lanceolata integerrima. *Flores* terminales, parvi, congesti, racemoso-paniculati: *pedunculis* alternis multifloris. *Calyx* cylindricus: *squamis* imbricatis angustissimis acutis glabriusculis patentibus. *Flosculi radii* tenuissimi, erecti, calyce vix longiores, albidi, *disci* luteoli.

Variat *caulibus* vix palmaribus simpliciusculis pauci floris et *foliis* multo angustioribus.

2)

2) *E. acre* caule racemoso piloso, foliis lanceolatis scabris: omnibus integerrimis. *Scharfes Berufkr, blaue Dürrwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1959. *Ejusd.* Enum. p. 873. *Pers.* syn. pl. p. 431. *Hoffm.* Germ. l. c. *Ejusd.* Germ. ed. - 91. t. 11. *De Vest* M. b. p. 214. *Schkuhr.* b. H. t. 241.)

Inula acris Bernh. Erf. p. 149.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis, in agris arenosis, in ruderatis et ad muros ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, pilosus, strictus, teres, striatus, racemoso-multiflorus, *inferne* praecipue saepissime purpurascens. *Folia* sparsa, hirsuta, integerrima: *radicalia* petiolata obovata obtusa, *caulina* sessilia angustiora lanceolata reflexa, *summa* et *ramea* linearia erecta. *Racemus* terminalis, simplex, laxus: *pedunculis* alternis 1-2-floris. *Calyx* hirsutus: *squamis* imbricatis erectis subulatis laxis purpureis. *Flosculi radii* tenuissimi erecti purpurascentes, *disci* lutescentes demum grisei. *Pappus* rufus.

Herba acriuscula.

Variat *caulibus* digitalibus paucifloris.

369. Tussilago, *Huflattig, Rosshuf.*

1) *T. Farfara* scapo 1-floro. *Gemeiner Huf, Brustlattich, Hustenkraut, Maerzenblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1967. *Ejusd.* Enum. p. 873. *Pers.* syn. pl. II. p. 455. *Hoffm.* Germ. II. p. 141. *De Vest* M. b. p. 201. *Sturm.* D. Flor. I. 2. *Knorr.* thes. I. t. H. 10. *Herb. Bl.* t. 204.)

Ci-

Cineraria Farfara Bernh. Erf. p. 146.

Perenn. Flor. Martio-Majo ante folia enata.

Hab. in glareosis ad vias, ad ripas et in agris ubique.

Radix praelonga, albida, longe lateque repens. *Folia omnia* radicalia, anthesi peracta orientia, longe petiolata, erecta, cordato-subrotunda, angulosa, dentata, *supra* glabra laevia viridia, *subtus* venosa albo-tomentosa. *Scapi* plerumque plures, digitales et palmares, interdum altiores, erecti, teretes, striati, simplicissimi, 1-flori, tomentosi, *bracteis* sparsis lanceolatis glabris adpressis vestiti. *Flos* terminalis, radiatus, aureus, ante et post florescentiam nutans. *Calyx* cylindraceus: *squamis* linearibus planis glabris disco aequantibus, *alternis* angustioribus.

2) *T. Petasites* scapo multifloro, thyrso ovato: flosculis foemineis paucis. *Grossblaettriger Hufl. Pestilenzwurz, Kraftkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1971. *Ejusd.* Enum. p. 874. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 142. *De Vest* Man. bot. p. 203. *Sturm.* D. Fl. I. 7. *Knorr.* thes. II. t. T. *Herb. Bl.* t. 222. *Smith.* Brit. II. p. 880. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 381. *Roth.* Germ. I. p. 366. III. p. 348.)

Petasites officinalis Moench. Meth. p. 568. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 183. *Walth.* Fl. v. Giess. p. 624.

Cineraria Petasites Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. in pratis humidis, ad ripas, ad sepes.

Radix crassa, carnosa, albida, *fibris* praelongis aucta.

ta. *Scapus* spithamaeus et altior, erectus, teres, parum villosus, albidus *aut* e viridi rubellus, *bracteis* sparsis lanceolatis apice foliosis obtectus. *Folia* cum scapo adparentia, longe petiolata, ampla, cordato-subrotunda, sinuato-dentata: *dentibus* subcartilagineis fusco rubellis, *subtus* lanata, post florescentiam maxima. *Flores* purpurascentes, in *thyrsum terminalem* longum ovatum demum oblongum, multiflorum collecti. *Pedunculi* longi, ramosi, multiflori, *basi* bracteati. *Calyx* glaber, apice purpurascens: *squamis* lanceolatis apice subincurvis. *Flosculi* plerumque omnes fere hermaphroditici *aut* 2-3 foemineis in radio.

3) *T. hybrida* scapo multifloro, thyrso ovato: flosculis foemineis plurimis. *Unechter Hufl. Bastard-Pestilenzwurz.*

(*Linn.* sp. pl. 2. p. 1214. n. 8. *Smith.* Brit. II. p. 879. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 293. *Roth.* Germ. I. p. 366. III. p. 347. *Wib.* Werth. p. 161. *Leers* Herb. p. 187. *Schrank.* bajer. Flor. II. p. 380.)

T. Petasites β. L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. l. c. *Spreng.* Hal. p. 242. *Rebent.* Neom. p. 109. *Hoppe* bot. Taschenb. 1803. p. 36. *Ehrh.* Beitr. III. p. 66.

Petasites hybridus G. M. Sch. Fl. d. Wetter. p. 184.

Cineraria hybrida Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. cum priori.

Differt ab antecedente, quocum primo adspectu facillime confunditur, *scapo* altiori tenuiori *bracteis* angustioribus vestito, *thyrso* longiori ac densiori, *pedunculis* copiosioribus tenuioribusque

minoribus et *flosculis* omnibus fere foemineis exceptis 2-4 hermaphroditicis.

Utramque plantam centies examinatam atque observatam constantissimam semper et absque ulla mutatione crescentem inveni, quod etiam *Ill. Gmelini* testimonio (*Flor. bad. III. p.* 432) satis affirmatur. Eas idcirco tanquam species distinctas afferre, haud dubitavi.

370. Senecio, *Greiskraut*, *Baldgreis*, *Kreutzkraut.*

Radio nullo.

1) *Sen. vulgaris* foliis pinnatifidis dentatis amplexicaulibus, floribus corymboso-coarctatis radio destitutis. *Gemeines Greiskr. Goldkraut, Vogelkraut.* (L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1979. *Ejusd.* Enum. p. 875. *Pers.* syn. pl. II. p. 433. *Hoffm.* Germ. II. p. 143. *De Vest* Man. bot. p. 206. *Herb. Bl.* t. 132. *Knorr.* thes. t. S. 5. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 69.)

Ann. Flor. a vere ad hyemem usque.

Hab. in cultis ubique abunde.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, angulato-teres, ramosus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, pinnatifida, sinuato-denticulata, obtusa, crassiuscula, utrinque glabra et saturate viridia: *radicalia* petiolata. *Flores* in caule et ramis terminales, pedunculati, fere cylindrici, plerumque fasciculati, radio destituti: *pedunculis* striatis 1-floris. *Calyces* basi squamis calyculati, glabri: *squamis* linearibus aequalibus apice conniventibus et sphacelatis. *Flosculi* lutei, longitudine calycis: *omnes* hermaphroditi. [illegible] -iato fusco duplo longior.

Ra-

Radio revolu

2) *Sen. viscosus* foliis pinnati viscidis, pedunculis subsolitariis, caly xo interiorem subaequante, caule ram *Klebriges Greiskr. Klebkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1984. E 876. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. M. b. l. c.)

Jacobaea viscosa Moench. Meth. *Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 206.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias, sylvaticis passim frequens.

Planta tota villoso-viscida, foeten pedalis, interdum altior, erectus, tere mosissimus, patulus. *Folia* alterna, s amplexicaulia, pinnatifida, obtusa, sub viridia. *Flores* terminales, subsolitari *pedunculis* 1-floris bracteolatis. *Caly* cidus, apice sphacelatus: *foliolis* laxis bus calycem ipsum subaequantibus a *disci* numerosi, tubulosi, *radii* paucior ares 3-5-dentati, mox revoluti.

Variationem: *corollis* radio destitu *des Kapellenberges* prope *Volkach* supr legi.

3) *Sen. sylvaticus* foliis pinn denticulatis subpilosis, calyce exteri caule corymboso. *Wald-Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1985. E c. *Pers.* syn. pl. p. 434. *Hoffm.* Germ M. b. l. c.)

Jacobaea sylvatica Moench. Meth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 207.

Ann. Flor. Junio – Augusto.

Hab. in sylvis et nemorosis caeduis passim frequens.

A praecedente, cui affinis, facillime distinquitur: *caule* plerumque humiliori tenuiori *foliisque* piloso-subpubescente non viscido, *floribus* duplo fere minoribus copiosioribus et *calycibus* apice non sphacelatis pubescentibus: exterioris *foliolis* minimis.

Variat *caule* digitali paucifloro.

Radio patente.

4) *Sen. Jacobaea* foliis lyrato-bipinnatifidis divaricatis dentatis glabris, seminibus pilosis. *Jakobs-kreiskr. Jakobskraut, Spinnenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1997. *Ejusd.* Enum. p. 877. *Pers.* syn. pl. p. 435. *Hoffm.* Germ. p. 145. *De Vest* Man. b. p. 208. *Knorr.* thes. II. t. I.)

Jacobaea vulgaris Moench. Meth. p. 587. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 209.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis, in pascuis et versuris ubique frequens.

Caulis 2–3-pedalis, erectus, angulosus, striatus, [illegible]ber, ramosus, multiflorus, corymbosus. *Folia* alterna amplexicaulia, glabra, laete viridia, lyrato-bipinnatifida: *laciniis* laciniatis obtusis inaequaliter dentatis; *terminali* majori. *Flores* terminales, [illegible], aurei: *pedunculis* bracteolatis. *Calyx* [illegible] sphacelatus: *exterior foliolis* pau-

cis-

cis laxis subulatis. *Flosculi radii* 3-dentati, patentes, demum revoluti.

5) *Sen. erucaefolius* foliis pinnatifidis dentatis subtus hirsutis, calycibus apice maculatis. *Rauckenblaettriges Greiskr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1991. *Ejusd.* Enum. p. 877. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. p. 207. *Spreng.* Hal. p. 240.)

Sen. tenuifolius Hoffm. Germ. p. 144.

Jacobaea rubella Moench. Meth. p. 586.

J. erucifolia G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 208.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus graminosis, in dumetis, ad fossas et ripas passim.

Differt ab antecedente: *caule* altiori magis stricto hirto, *foliis* subtus praecipue hirsutis: *pinnis* angustioribus, *floribus* pallidioribus: *radio* elongato, *calycibus* non sphacelatis, sed maculis rubellis *aut* fuscis notatis, *basi* tomento caduco vestitis.

6) *Sen. tenuifolius* foliis pinnatis: pinnis linearibus acuminatis subincisis subtus pubescentibus, caule subhirsuto, calycibus immaculatis. *Dünnblaettriges Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1996. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. p. 208. *Spreng.* Hal. l. c. *Wib.* Werth. p. 162. *Jacq.* Austr. t. 278.)

Perenn. Flor. Augusto-Octobri.

Hab. in sylvaticis siccis, in montosis apricis, in lapidosis ad vias, muros et vineas non raro.

Saepissime cum antecedente confunditur, a quo fa-

acile distinquitur: *caule* simpliciori tenuiori densius olioso tomento albido *aut* villo incano vestito, *foliis* trictioribus erectis fere imbricatis pinnatis: *pinnis* multo angustioribus exacte linearibus margine revolutis subintegris *supra* hirtis laete viridibus, *subtus* villosis incanis, *floribus* paulo minoribus, *calycis foliolis* otis viridibus nec maculatis nec sphacelatis.

7) *Sen. aquaticus* foliis lyratis serratis: inferioribus obovatis indivisis, seminibus glabris, radii flosculis ellipticis *Wasser-Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1997. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 146. *De Vest* Man. bot. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Smith.* Brit. p. 885.)

Jacobaea aquatica G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 210.

Perenn. *Flor.* *Jul Augusto.*

Hab. in paludosis, in salicetis. (In paludosis ad *Moenum* prope *Hassfurth*, ad *Saalam* prope *Neustadt* et *Tuberim* prope *Roettingen* perraro. In salicetis supra *Ochsenfurth* et circa *Abb. Heidenfeld.* In uliginosis prope *Hilters, Simerichhaussen* et versus *Thann,* alibique raro.)

A *Senec. Jacobaea,* cui maxime affinis et a quo specie forsitan non differt, recedere videtur: *foliis radicalibus* et *infimis* obovatis indivisis integriusculis, *superioribus* pinnatifidis: *lacinia terminali* majore, *radii flosculis* magis ellipticis et *seminibus* glabris.

Radiati: foliis indivisis.

8) *Sen. paludosus* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis argute serratis subtus subvillosis, corymbo [illegible], radio patente, caule stricto. *Sumpf-*

 (L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2002. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 436. *Hoffm.* Germ. p. 146. *De Vest* M. b. p. 209.)

Jacobaea paludosa G. M. Sch. Fl. d. Wetter. p. 211.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in paludosis, in aquis stagnantibus. (In paludosis sylvaticis circa *Grossenlangheim*, prope *Hassfurth*, *Erlach*, in den *Lacken* ad *Abb. Heidenfeld*, et in der *Altung* versus *Hirschfeld* rarissime.)

Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, strictus, teres, striatus, tomento deciduo vestitus, simplex, *superne* divisus. *Folia* alterna, sessilia, erecta, lanceolata, acuta, argute serrata, *basin* versus attenuata ac integerrima, *supra* laete viridia glabra, *subtus* pubescentia *aut* tomentosa. *Corymbus* terminalis, pauciflorus, divaricatus: *pedunculis* ramosis *inferne* bractea lanceolata integerrima notatis. *Flores* majusculi, lutei: *radio* patente multifloro plerumque 3 - dentato. *Calyx* cylindricus, glabriusculus, apice sphacelatus.

In Individuis indigenis *folia* semper subtus subvillosa *aut* pubescentia, ast nunquam tomentosa inveni.

9) *Sen. sarracenicus* foliis sparsis sessilibus lanceolatis basi cuneatis argute serratis: serraturis nudis, floribus corymbosis radiatis. *Sarrazenische Greiskr. heidnisches Wundkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2004. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 437. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 186.)

Jacobaea sarracenica Moench Meth. p. 588. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 213. *Walth.* Fl. v. Giess. p. 628.

Perenn.

renn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvaticis, praecipue montosis, iam ad ripas hinc inde. (In sylvis infra *Veits-chhaim*, prope *Leinach*, im *Gramschatz*, in der *aldskugel*, im *Huck* prope *Wipfeld* et *im Steiger-ld* passim, alibique.)

Caulis 4-6-pedalis, erectus, strictus, crassus, mul-gulus, glaber, pallide viridis, simpliciusculus, *su-ne* corymbosus. *Folia* sparsa, sessilia, oblonga, la-lanceolata, basin versus cuneata, utrinque glabra, *ra* saturate viridia, *subtus* pallidiora, argute serra-*serraturis* absque ciliis, *superiora* sensim minora. *ymbus* terminalis, amplus, speciosus, multiflorus: *unculis* sulcatis pubescentibus bracteis lineari-se-sis obsitis. *Calyx* villosiusculus, apice sphacela-. *Corollulae radii* ligulatae 3-4-dentatae.

Variat nonnunquam *foliis quibusdam* biserratis et *cibus* omnino glabris.

10) *Sen. commutatus* foliis alternis petiolatis to-lanceolatis argute serratis: serraturis ciliatis, ibus corymbosis radiatis. *Verwechseltes Greiskr.*

Sen. ovatus L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. ?. *Pers.* . pl. l. c. ?.

. Fuchsii Gmel. Bad. III. p. 444.

obaea ovata G. M. Sch. Fl. d. Wett. p 212.

enn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis, et sylvaticis caeduis. nemorosis et caeduis sylvarum *Gramschatz*, *Walds-el*, *Guttenberg* et *Bromberg*. In nemorosis ad *Leng-*, *Versbach*, *Mühlhaussen*, im *Kapuzinerholz* supra *uenfurth* et copiosissime in sylvaticis caeduis circa *ossenlangheim*, alibique.)

Si-

Similis antecedenti, a quo: *caule* demissiore tenuiore sulcato simplicissimo purpureo-rubello *aut* striis maculisque purpureis picto, *foliis* semper alternis atque petiolatis ovato-lanceolatis in acumen longum attenuatis: *serraturis* evidenter ciliatis, *corymbo* minus denso: *ramulis* alternis longioribus; *exterioribus* plerumque 3-floris: *flore intermedio* brevius pedicellato constanter differt.

Hunc et antecedentem, atque *Sen. nemorensis* *L.* qui in regione nostra peregrinus est, saepissime ab authoribus hucusque inter se commutatos esse dubium haud superest.

11) *Sen. Doria* foliis ovali-lanceolatis subdecurrentibus serratis subtus subpilosis, pedicellis calycibusque pubescentibus, floribus corymbosis radiatis. *Hohes Greiskr. goldenes Greiskr. Doria.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 2005. *Ejusd.* Enum. 878. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 147. *De* M. bot. p. 209. *Jacq.* Austr. t. 185.)

Jacobaea Doria G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 214.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvis. (In sylvis prope *Uettingen* passim, *Wib.* In *sylva mühlhussiana* specimina 3 vidi.

A. *Sen. sarracenico* affini facile distinquitur *caule* plerumque altiori saepissime ultra 5-pedali, *foliis* amplexicaulibus subdecurrentibus ovali-lanceolatis utrinque attenuatis flaccescentibus quasi nebulosis tactu pinquibus *supra* glabris *subtus* subpilosis, *corymbo* speciosiori densiori ramosissimo, *pedunculis* floribus atque *calycibus* pubescentibus.

371. Aster, *Sternblume.*

1) *A. Amellus* foliis oblongo-lanceolatis integerrimis scabris, floribus corymbosis. *Attische Sternb. Virgils-Aster, blaues Sternkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2031. *Ejusd.* Enum. p. 882. *Pers.* syn. pl. II. p. 444. *Hoffm.* Germ. II. p. 148. *De Vest* M. b. p. 212. *Jacq.* Austr. t. 435. *Herb. Bl.* t. 109.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in versuris, in collibus apricis et montanis ubique.

Caules plerumque plures, palmares, pedales et majores, erecti, teretes, scabri, *superne* divisi. *Folia* alterna, oblongo-lanceolata, acuta, integerrima, rigida, scabra, nervosa, mucrone brevi terminata: *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia semiamplexicaulia. *Flores* terminales, corymbosi, speciosissimi: *pedunculis* 1-floris, *alaribus* subfoliosis. *Flosculi radii* numerosi, eleganter coeruleo-violacei, *disci* lutei. *Calyx* hemisphaericus, imbricatus, subsquarrosus: *foliolis* obtusis apice rubellis.

Variatio: *foliis* angustioribus fere lineari-lanceolatis et *floribus* in corymbo paucioribus, quae *ad sylvam Zellensem* alibique passim crescit, ab aliquibus falso pro *A. acri Linn.* sumitur.

372. Solidago, *Goldruthe.*

1) *S. virga aurea* caule subflexuoso angulato, foliis elliptico-lanceolatis, racemis erectis. *Gemeine Goldr. goldnes Wundkraut, St. Peterssiaab.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2065. *Ejusd.* Enum. p.

p. 892. *Pers.* syn. pl. p. II. p. 449. *Hoffm.* Germ. II. p. 149. *De Vest* M. b. p. 210. *Sturm.* D. Fl. I. 9. *Knorr.* thes. I. t. W. 11. *Herb. Bl.* t. 169.)

Doria Virgaurea Scop. Carn. II. p. 176.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in nemorosis et dumetosis ubique frequenter.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus, sulcatus, magis minusve flexuosus, simplex, *inferne* teretiusculus ac fere glaber, *superne* subcompressus et magis pubescens. *Folia* alterna, glabra, venosa, rigidula, serrata: *inferiora* petiolata in petiolum decurrentia ovato - lanceolata latiora et latius serrata, *superiora* subsessilia angustiora magis acuminata, *suprema* sensim minora bracteas repraesentantia. *Flores* pedunculati, aurei, racemosi. *Racemi* axillares, alterni, erecti, densi, multiflori. *Calyces* cylindrici, imbricati: *foliolis* lanceolatis rectis, demum patulis.

Variat *caulibus* simplicissimis et ramosis, *foliis* hirsutis et subintegris, atque, praecipue in sterilioribus, *racemis* brevibus densioribus minusque compositis.

373. Cineraria, *Aschenkraut.*

1) *C. integrifolia* foliis denticulatis lanceolatis: radicalibus spathulatis, floribus umbellatis. *Ganzblaettriges Aschenkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2082. *Pers.* syn. pl. II. p. 440. *Hoffm.* Germ. II. p. 150. *De Vest* M. b. p. 304. *Jacq.* Austr. t. 179.)

C. spathulaefolia Gmel. Bad. III. p. 454.

Bienn. Flor. Majo - Julio.

Hab

Hab. in nemorosis, in sylvaticis montanis, in caeduis. (In nemorosis prope *Veitshoechheim, Leinach, Stetten, Lengfeld, Gerbrunn* et *Ochsenfurth.* Im *Kaeferhoelzchen* versus *Rottendorf*, in sylva *Waldskugel* et ad ejus margines hinc inde copiose, alibique.)

Caulis sesqui-*aut* 2-pedalis, erectus, angulosus, simplicissimus, tomento tenui deciduo vestitus. *Folia* alterna, subrugosa, margine plerumque undulata et crenato-denticulata, *subtus* praecipue albide tomentosa: *radicalia* et *infima caulis* in petiolum praelongum membranaceum decurrentia exacte spathulata obtusiora, *superiora* obverse ovali-lanceolata, *summa* linearia integriuscula. *Flores* majusculi, aurei, in *umbellam terminalem* speciosam paucifloram dispositi: *pedunculis* brevibus 1-floris tomentosis basi *bractea* lanceolata brevi suffultis. *Flosculi radii* longi, 2-3-4-dentati.

374. Inula, *Alant.*

1) *In. Helenium* foliis amplexicaulibus ovatis rugosis subtus tomentosis, squamis calycinis ovatis. *Wahrer Al. Alantwurz, Galant, Helenenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2089. *Ejusd.* Enum. p. 895. *Pers.* syn. pl. II. p. 450. *Hoffm.* Germ. II. p. 51. *De Vest* M. bot. p. 213. *Herb. Bl.* t. 473.)

Aster Helenium Scop. Carn. II. p. 171. *Moench.* Meth. p. 601. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 221.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis et hinc inde in vineis quasi sponte.

Radix crassa, ramosa, aromatica, amara. *Caulis* 2-

6-

6-pedalis, erectus, firmus, teres, angulosus, scaber, *superne* ramosus. *Folia* inaequaliter serrata, rugosa, *supra* scabra, *subtus* tomentosa mollia: *radicalia* maxima petiolata ovata obtusa, *caulina* alterna amplexicaulia ovato-lanceolata. *Flores* terminales, solitarii, pedunculati, magni, lutei. *Phylla exteriora* foliacea, ovata, magna, tomentosa, *interiora* lineari-lanceolata, scariosa, nuda.

2) *In. oculus Christi* foliis amplexicaulibus oblongis integris hirsutis, caule piloso corymboso. *Wolliger Al. wilder Al. Christusauge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2090. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 223.)

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in aridis. (Specimen in aridis ad *Moeni* ripam versus *Heidingsfeld* lectum mihi communicavit *cl. Dr. Kuster.* Ipse nondum eam inveni.)

Planta tota hirsuto-incana. *Radix* horizontaliter repens. *Caulis* palmaris et pedalis, erectus, rigidus, parum ramosus, pauciflorus. *Folia* alterna, oblonga, obtusa, venoso-rugosa, plerumque integerrima: *infima* in petiolum dilatatum desinentia, *reliqua* sessilia amplexicaulia. *Flores* terminales, subcorymbosi, quam in praecedente minores, speciosi, odorati, lutei. *Calyx* dense imbricatus, villosus. *Flosculi radii* plerumque 3-saepius etiam edentati.

4) *In. britannica* foliis amplexicaulibus lanceolatis basi serratis subtus pilosis, caule villoso corymboso, ramis lateralibus mediis longioribus. *Britischer Al. Wiesen-Alant, Sumpfsternkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn.

yn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 152. *De Vest* M. b. p. 14. *Schkuhr.* b. H. t. 247.)

Aster britannicus G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 222.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, ad vias. (Ad ripas *Moeni* inra *Thüngersheim, Retzbach, Karlstadt, Gemünden,* proe *Ochsenfurth, Hassfurth, Volkach* etc. Ad vias verus *Veitshoechheim,* prope *dem rothen Kreutze, Arnein, Fahr, Gerolshofen, Falkenstein, Tückelhaussen* et libi.)

Radix repens. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, tees, villosus, *superne* divisus: *ramis exterioribus* inteiores superantibus. *Folia* alterna, sessilia, amplexiaulia, lanceolata, acuminata, plana, basin versus oblete rariter serrata, quandoque integerrima, *supra* iete viridia fere glabra, *subtus* villosa incana. *Flores* erminales, solitarii, magni, lutei. *Flosculi radii* nuerosissimi, lineares, graciles, calyce 3-plo fere loniores, 3-dentati. *Phylla* imbricata, angusta, laxa, atentia, *extus* leviter villosa.

In horto culta *caules* habet multo altiores, *flores* najores et *folia* longiora magis acuminata integerima.

4) *In. dysenterica* foliis amplexicaulibus corato-oblongis villoso-tomentosis obsolete denticuatis, ramis lateralibus mediis longioribus, squamis caycinis setaceis. *Ruhr-Alant, Ruhrkraut, gelbe Dürrvurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2091. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Aster dysentericus Scop. Carn. p. 171.

A. undulatus Moench. Meth. p. 6..

Pe..

Pulicaria dysenterica G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 225. *Bernh.* Erf. p. 153.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad fossas, ad ripas et vias ubique frequens.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, lanatus, magis minusve ramosus. *Folia* alterna, amplexicaulia, approximata, cordato-oblonga, acuminata, subserrulata, *basi* rotundata, utrinque villosa mollia. *Flores* terminales, solitarii, pedunculati, erecti, corymbosi, lutei, quam in praecedente minores. *Phylla* numerosa, setacea, subaequalia, hirsuta. *Flosculi radii* numerosissimi, calyce duplo longiores, lineares, 3-dentati, patentes, demum revoluti.

Variat *caulibus* digitalibus 1-2-floris, et sesqui- *aut* 2-pedalibus ramosissimis multifloris.

5) *In. Pulicaria* foliis amplexicaulibus lanceolatis undulatis, floribus subglobosis: radio brevissimo. *Wellenblaettriger Al. Floehkraut, kleine Dürrwurz, Christinenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2093. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 213. *Herb. Bl.* t. 103.)

Aster Pulicarius Scop. Carn. II. p. 172.

Pulicaria vulgaris Moench. Meth. p. 602. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 225. *Bernh.* Erf. p. 153.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in inundatis, in udis et ad ripas ubique.

Caulis palmaris *aut* pedalis, adscendens, saepius etiam erectus, teres, pubescens, ramosissimus, *inferne* plerumque fusco-purpurascens. *Folia* alterna, sessilia,

ia, amplexicaulia, lanceolato-oblonga, undulata, recurva, integra, utrinque pubescentia. *Flores* numerosi, parvuli, hemisphaerici, lutei: *terminales* pedunculati, *axillares* sessiles. *Radius* brevissimus, vix conspicuus. *Phylla* plurima, lineari-setacea, villosa.

Variat *caulibus* decumbentibus, et *flosculis radii* paucissimis.

Herba digitis imprimis trita foetens.

6) *In. salicina* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis recurvis serrato-scabris, ramis angulatis: inferioribus altioribus. *Weidenblaettriger Alant.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2096. *Ejusd.* Enum. p. 96. *Pers.* syn. pl. p. 451. *Hoffm.* Germ. p. 153. *De Vest* M. b. p. 214.)

Aster salicinus Scop. Carn. l. c. *G. M. Sch.* Fl. Wetter. p. 223.

A. rigidus Moench. Meth. supplem. p. 251.

Perenn. Flor. Julio-Octobri.

Hab. in sylvis et ad earum margines. (In sylvis *Gramschatz*, *Guttenberg*, *Waldskugel*, in nemorosis ad *Zell*, *Versbach*, *Mühlhaussen*, *Uettingen*, alibique copiose.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, angulatus, glaber, superne ramosus: *ramis* alternis caulem adaequantibus. *Folia* alterna, semiamplexicaulia, approximata, cordato-lanceolata, acuminata, recurvata, rigida, nitida, laete viridia, glabra, margine tenuissime serrulata scabra. *Flores* mediocres, lutei, terminales solitarii. *Phylla* glabra: *exteriora* latiora apice reflexa, *interiora* erecta colorata.

Variat *caulibus* simplicibus 1-3-floris et *foliis* latioribus ovatis in acumen longum attenuatis.

7.

7) *In. hirta* foliis sessilibus semiamplexicaulibus oblongo-lanceolatis obtusis recurvis obsolete serratis hirtis, caule hirto sub 1-floro, foliolis calycinis ciliato-hirtis. *Steifhaariger Alant.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2098. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 215. *Jacq.* Austr. t. 358.)

Aster hirtus Scopol. Carn. p. 173. t. 58. *Moench.* Meth. supplem. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter p. 224.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis, in saxosis montosis. (In saxosis *des guttenberger, steiger- kister* und *zeller Waldes* passim. In montibus *Kalbenstein, Schwanberg* et *Hohwann.* In sylvaticis et saxosis prope *Oberlauringen, Nassach,* alibique.)

Ab antecedente affini differt: *caule* tereti simplici 1-*aut* 2-3-floro pilis hirto, *foliis* (inferioribus praecipue) latioribus et obtusioribus piloso-hirtis margine rariter obtuse crenulatis.

Flores majusculi, odorati. *Pedunculi laterales,* si adsunt, caulem superant.

8) *In. germanica* foliis sessilibus ovato-lanceolatis integerrimis scabris, caule superne corymboso-ramoso, calycibus oblongis. *Deutscher Alant, Bergstern.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2100. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 154. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 134.)

Aster corymbosus Moench. Meth. p. 250.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis, montosis asperis. (In

cae-

caeduis asperis *der Waldskugel, des guttenberger* et *Bromberger Waldes* hinc inde. In monte *Hassberg* versus *Bettenburg, Unfinden* et alibi raro.)

Caulis pedalis et altior, erectus, teres, scabriusculus, villosus, simplex, *superne* corymboso-ramosus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, ovato-lanceolata, mucronata, integra, subaspera, margine scabra: *superiora* sensim minora. *Flores* terminales, pedunculati, parvi, lutei, oblongi, fasciculato-corymbosi. *Squamae calycinae* inaequales, lanceolatae, apice reflexae. *Flosculi radii* numerosissimi, 2-3-dentati.

375. Arnica, *Wohlverlei, Fallkraut.*

1) *A. montana* foliis ovatis integris: caulinis geminis oppositis. *Berg-Wohlv. Johannisblume, Lucianskraut, Marienkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2106. *Ejusd.* Enum. p. 897. *Pers.* syn. pl. II. p. 453. *Hoffm.* Germ. II. p. 154. *De Vest* Man. bot. p. 216. *Schkuhr.* b. H. t. 248. *Knorr.* thes. II. t. A. 16. *Herb. Bl.* t. 595.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in sylvis, praecipue montanis. (In *sylva stettensi* prope *Karlstadt*, in sylva vulgo *die Fundgrube* prope *Grossenlaugheim*, in nemorosis in via a *Kleinochsenfurth* versus *den erlacher Seen*, im *Kapuzinerholz* supra *Ochsenfurth*, in nemore prope *Versbach* versus *Rimpar.* In variis *montibus rhoenanis* e. gr. in monte *st. Crucis*, auf den *Auersbergen* et alibi copiose.)

Radix fibrosa, fusca, *intus* albida. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, simplex, teres, striatus, pilis coloratis ob-

obsessus: *ramis* superne 2-3 oppositis 1-floris. *Folia* ovata s. ovali-lanceolata, obtusa, integerrima, crassiuscula, villosa, *supra* laete viridia, *subtus* pallidiora: *radicalia* in petiolum decurrentia terrae incumbentia, *caulina* plerumque 2, interdum 4 opposita sessilia angustiora minora. *Flores* terminales, solitarii, subnutantes, speciosi, aurei. *Flosculi radii* longi, lineares, obtusi, striati, 3-4-dentati. *Calycis foliola* linearia, aequalia, basi gibba, apice colorata.

Planta acris, amariuscula, emetica.

376. Doronicum, *Gemswurz.*

1) *D. Pardalianches* foliis cordatis denticulatis: radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus. *Gemeine Gemsw. Leopardenwürger.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2114. *Ejusd.* Enum. p. 897. *Pers.* syn. pl. II. p. 454. *Hoffm.* Germ. II. p. 155. *De Vest* M. b. p. 217. *Schkuhr.* b. H. t. 249. *Jacq.* Austr. t. 350. *Sturm.* D. Fl. I. 21. *Herb. Bl.* t. 239.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in sylvaticis siccis. (In *sylva vitikoechheimensi* vulgo *Edelmannsholz* et in *sylva stettensi* perraro. In sylvaticis prope *Abb. Bildhaussen* et *RIdelmajer* plantas paucas vidi.)

Radix nodosa, repens, albida. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, teres, sulcatus, hirtus, simplex, *superne* subviscidus. *Folia* cordata, obtusa, crenata, pilosa, mollia, basi auriculata: *radicalia* et *caulina infima* petiolata magna, *superiora* alterna amplexicaulia minora, *summa* lanceolata. *Flores* terminales, corymbosi, lutei, longe pedunculati: *axillares* sessiles. *Phylla* corolla

rolla duplo breviora, linearia, acuta, villosa, ciliata. *Flosculi radii* numerosi, lineares, apice 3-5-dentati.

Planta culta *floribus* gaudet copiosioribus.

377. Bellis, *Massliebe.*

1) *B. perennis* foliis obovatis crenatis, scapo nudo. *Ausdauernde Massl. Gaenseblümchen, Margarethenblümchen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2121. *Ejusd.* Enum. p. 899. *Pers.* syn. pl. II. p. 459. *Hoffm.* Germ. II. p. 56. *De Vest* M. b. p. 198. *Schkuhr.* b. H. t. 251. *Herb. Bl.* t. 200.)

Perenn. Flor. a primo vere in autumnum usque.

Hab. in pratis, pascuis et in pomariis ubique abunde.

Radix repens. *Scapi* vix digitales, interdum altiores, erecti, teretes, nudi, 1-flori, simplicissimi. *Folia* in orbem digesta, depressa, obovata, crenata, hirsuta, in petiolum desinentia. *Calyx* hemisphaericus, pilosus: *squamis* lanceolatis duplici serie positis. *Discus* conicus aureus, *radius* albus *aut* rubescens.

Variat in hortis *floribus* majoribus plenis et semiplenis, rubris, roseis et totis niveis. (*Knorr.* thes. I. t. M. *Herb. Bl* t. 530.)

378. Chrysanthemum, *Wucherblume.*

1) *Chr. Leucanthemum* foliis lanceolatis serratis basi incisis, radio albo. *Weisse Wucherbl. grosse Masslieben, grosse Gaenseblume, Kalbsauge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2142. *Ejusd.* Enum. p. 902. *Pers.* syn. pl. II. p. 460. *Hoffm.* Germ. II. p.

157. *De Vest* M. b. p. 199. *Sturm*. D. Fl. I. 2. *Herb. Bl.* t. 42.)

Matricaria Leucanthemum Scopol Carn. II. p. 147. *Schrank*. bajer. Fl. II. p. 405. *Bernh*. Erf. p. 142.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis, ad colles et vias ubique abunde.

Caules 1 - *aut* sesquipedales et altiores, erecti, angulati, glabriusculi, simplices, rarius ramosi. *Folia* rigidula, saturate viridia, nitida, glabriuscula: *radicalia* et *caulina inferiora* ovata in petiolum decurrentia crenata, *superiora* obverse - lanceolata sessilia remote serrata semiamplexicaulia. *Flos* terminalis, magnus, formosus, odoratus: *disco* convexo luteo, *radio* albo. *Calyx* glaber, planiusculus, polyphyllus: *foliolis* arcte imbricatis margine scariosis nigris.

Variat *caule* villoso.

2) *Chr. segetum* foliis oblongis dentato - serratis superne laciniatis, radio luteo. *Gelbe Wucherll. Goldblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2148. *Ejusd.* Enum. p. 903. *Pers.* syn. pl. p. 463. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 200.)

Matricaria segetum Schrank. bajer. Fl. p. 406. *Bernh.* Erf. l. c.

Pyrethrum segetum Moench. Meth. p. 597. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 205.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. inter segetes passim raro.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, angulosus, ramosus, gla-

aber, glaucescens. *Folia* alterna, sessilia, amplexi-
.ulia, oblonga, apicem versus dilatata et trifida, utrin-
ıe viridi-glauca glabraque. *Flores* terminales, so-
tarii, pedunculati, speciosi, toti flavi. *Squamae ca-
cinae* ovatae, margine membranaceae: *interiores* ma-
ıres.

79. Pyrethrum, *Bertramwurz*, *Wund-farrn.*

1) *P. corymbosum* foliis pinnatis: pinnis lan-
εolatis pinnatifidis argute serratis; summis conflu-
ntibus, floribus corymbosis. *Doldenblüthige Ber-
'amw.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 2155. *Ejusd.* Enum.
. 905. *Spreng* Hal. p. 236. *Schrank.* bajer. Fl. II. p.
05. *Wib.* Werth. p. 160. *Scop.* Carn. II. p. 148.
Moench. Meth. p. 597. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III.
ı. 204.)

Chrysanthemum corymbosum Linn. sp. pl.
ı. p. 1251. n. 2. *Pers.* syn. pl. II. p. 461. *Hoffm.*
Germ. II. p. 158. *Roth.* Germ. I. p. 357. III. p. 320.
De Vest M. b. p. 200. *Bernh.* Erf. p. 144. *Jacq.* Austr.
:. 379.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in sylvis caeduis et montosis, ad margines sylvarum fere ubique et plerumque copiose.

Caulis sesqui-2-et 3-pedalis, erectus, rigidus,
sulcatus, glaber, simplex, *superne* corymbosus. *Folia*
sessilia, alterna, mox utrinque, mox subtus villosa *aut*
villosiuscula, pinnata: *pinnis* oblongis acutis decurren-
tibus subpinnatifidis argute serratis: *summis* confluen-

tibus. *Flores* terminales, copiosi, in corymbo ramoso plano: *pedunculis* sulcatis. *Radius* albus, *discus* luteus. *Phylla* linearia, villosula, margine scariosa atrata.

Planta tota cum *floribus* inodora.

2) *P. Parthenium* foliis pinnatis planis: pinnis oblongis obtusis pinnatifidis dentatis, floribus corymbosis. *Mutterkrautaehnliche Bertramw. Matronenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 2155. *Ejusd.* Enum. p. 906. *Spreng.* Hal. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 900. *Herb. Bl.* t. 192.)

Matricaria Parthenium Linn. sp. pl. 2. p. 1255. *Moench.* Meth. p. 596. *De Vest* Man. bot. p. 201. *Wib.* Werth. p. 158. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 201. *Roth.* Germ. I. p. 355. III. p. 166. *Gmel.* Bad. III. p. 478.

Chrysanthemum Parthenium Pers. syn. pl. p. 462. *Hoffm.* Germ. l. c. *Bernh.* Erf. p. 145.

Perenn. bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in hortis, in vineis, in ruderatis et ad muros passim copiose.

Caules 2-pedales et altiores, erecti, sulcati, glabri, *superne* valde ramosi: *ramis* alternis erectis corymbosis. *Folia* alterna, petiolata, patentia, glabriuscula, subincana, punctulata, pinnatifida: *pinnis* pinnatifidis dilatatis contiguis obtusissimis inciso-serratis. *Flores* pedunculati, terminales, corymbosi: *pedunculis* longis sulcatis bracteolatis. *Discus* luteus, *radius* albus brevis subdeflexus. *Phylla* imbricata, subciliata, apice scariosa.

Odor totius plantae gravis, aromaticus.

Va-

Variat in hortis *floribus* plenis: *flosculis omnibus* igulatis et *flosculis omnibus* tubulosis, atque *floribus* radio destitutis.

3) *P. inodorum* foliis bipinnatis: pinnis lineari-filiformibus acutis 2-3-partitis, caule ramoso diffuso. *Geruchlose Bertramw. feinblaettrige Gaensebume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2157 *Ejusd.* Enum. p. 07. *Spreng.* Hal. p. 237. *Smith.* Brit. l. c. *Moench.* Meth. p. 597. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. Anh. p. 17.)

Chrysanth. inodorum Linn. sp. pl. 2. p. 1253. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. . p. 357. III. p. 319. *De Vest* M. b. p. 200. *Wib* Werth. p. 159. *Bernh.* Erf. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 253.)

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in ruderatis et ad vias ubique abunde.

Caulis palmaris, pedalis et altior, glaber, angulatus, ramosus, diffuso-patulus. *Folia* alterna, sessilia, glabra, obscure viridia, pinnato-multifida: *foliolis* angustissimis subrevolutis mucronulatis. *Flores* terminales, solitarii, majusculi: *pedunculis* nudis. *Radii flosculi* patentes obtusi 3-dentati albi: *disci* lutei. *Calyx* hemisphaericus, glaber: *squamis* lanceolatis obtusis margine membranaceis fuscis.

Planta omnino fere inodora.

380. Matricaria, *Mutterkraut.*

1) *M. Chamomilla* foliis [illegible] glabris. *Kamillenartiges Mutterkr. gemeine, wahre Kamille, Feldkamille, Apothekerkamille.*

Fl.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2161. *Ejusd.* Enum. p. 907. *Pers.* syn. pl. II. p. 463. *Hoffm.* Germ. II. p. 159. *De Vest* Man. b. p. 201. *Schkuhr.* b. H. t. 253. *Herb. Bl.* t. 298.)

Chrysanthemum Chamomilla Bernh. Erf. p. 145.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, inter segetes et ad vias ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, interdum digitalis, erectus, ramosissimus, striatus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, saturate viridia, glabra, bipinnato-multifida: *laciniis* linearibus setaceis mucronulatis. *Flores* terminales, numerosi, solitarii, corymbosi: *pedunculis* sulcatis glabris. *Calyx* glaber, planiusculus. *Discus* conicus luteus, *radius* albus patens, mane imprimis et anthesi peracta deflexus.

Flores odorati, fragrantes.

Variat in locis sterilioribus apricis: *caule* minore minus ramoso, *floribus* magis odoratis ac suaveolentibus et *radio* semper deflexo *M. suaveolens Autorum*, quae in horto e seminibus culta a *Matr. Chamomilla* nullam demum differentiam ostendebat.

Saepissime cum *Anthemide arvensi*, *A. Cotula* et *Pyrethro inodoro* ab ignaris confunditur.

381. Anthemis, *Kamille.*

1) *A. arvensis* foliis pinnato-multifidis cano-pubescentibus, paleis receptaculi setaceis exsertis, seminibus coronato-marginatis. *Acker-Kam. wilde, falsche Kamille, Strichblume, Kroetendill.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2180. *Ejusd.* Enum. p.

p. 911. *Pers.* syn. pl. II. p. 466. *Hoffm.* Germ. II. p. 160. *De Vest* M. b. p. 220. *Sturm.* D. Fl. I. 27.)

Ann. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in agris, in arvis, inter segetes et ad vias copiose.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus s. adscendens, a basi ramosissimus, saepe diffusus, teretiusculus, striatus, villosiusculus. *Folia* alterna, sessilia, villosula, glauco-viridia, 2-pinnata, multifida: *laciniis* latiusculis planis acutis. *Pedunculi* terminales, sulcati, villosi, elongati, 1-flori, nudi. *Calyx* pubescens: *squamis* adpressis apice scariosis. *Flosculi disci* lutei, *radii* albi numerosi patentes apice 3-dentati, demum deflexi. *Receptaculum* conicum: *paleis* lanceolatis membranaceis nitentibus obsessum. *Semina* tetragona, glabra, apice truncata et tenuissime denticulata.

Planta exceptis *floribus* suaveolentibus parum odora.

2) *A. Cotula* foliis bipinnatis glabris: foliolis 3-partitis, paleis receptaculi setaceis, seminibus nudis. *Stinkende Kam. Hundskamille, Hundsfenchel, Gaensekropf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2181. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c *De Vest* Man. bot. p. 221. *Schkuhr.* b. H. t. 254. *Herb. Bl.* t. 67.)

Chamaemelum cotula Moench. Meth. p. 605. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 233. *Walth.* Fl. v. Giess. p. 634.

Cham. arvense Wib. Werth. p. 160.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab.

Hab. inter segetes, et in agris vervactis fere ubique.

Ab antecedente imprimis: *odore* peculiari acri foetido, *caule* erecto glabro minus ramoso, *foliis* glabris laete viridibus, *squamis calycinis* apice vix scariosis, *receptaculi paleis* minutissimis setaceis et *seminibus* obovatis striatis non coronato-marginatis recedit.

3) *A. tinctoria* foliis bipinnatis argute serratis subtus tomentosis, caule corymboso erecto. *Faerber-Kam.* Faerb*garbe, Gilbblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2189. *Ejusd.* Enum. p. 912. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 161. *D. Vest* M. b. p. 2?0. *Herb. Bl.* t. 439.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in agris apricis, in versuris, ad muros et vias ubique.

Caulis 1-2-pedalis, erectus, teres, sulcatus, villosiusculus, corymboso-ramosus. *Folia* alterna, incana, pubescentia, 2-pinnatifida, plana: *pinnis inferioribus* pinnatifidis dentatis, *superioribus* serratis. *Pedunculi* terminales, elongati, solitarii, incani, striati, 1-flori. *Flores* magni, speciosi, lutei: *radio* concolore. *Calyx* villosus: *squamis* arcte imbricatis marginatis, *interioribus* longioribus apice subciliatis. *Receptaculum* hemisphaericum: *paleis* lanceolatis carinatis margine scariosis. *Semina radii* alata sulcata, *disci* quadrangula apice subemarginata.

382. Achillea, *Achilleskraut, Garbe, Garbkraut.*

1) *A. Ptarmica* foliis lineari-lanceolatis serrulatis. *Sumpf-Garbe, weisser Rheinfarrn, weisser Dorant, wilder Bertram, Nieskraut.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2191. *Ejusd.* Enum. p. 913. *Ejusd.* Diss. d. Achill. p. 10. *Pers.* syn. pl. II. p. 467. *Hoffm.* Germ. II. p. 161. *De Vest* Man. bot. p. 218. *Sturm.* D. Fl. I. 10. *Herb. Bl.* t. 276.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in humidis, ad lacus, ad ripas et in nemorosis ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, *inferne* teres glaber, *superne* striatus subvillosus ramosus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, lineari - lanceolata, acuta, glabra, avenia, argute serrulata: *serraturis* margine retrorsum scabra. *Flores* albi, corymbosi. *Corymbus* terminalis, ramosus, inaequalis, pauciflorus: *pedunculis* pubescentibus foliosis. *Calyx* magnus, hemisphaericus: *squamis* ovato - lanceolatis viridibus margine fuscescentibus, *superioribus* membranaceis. *Flosculi radii* ovati, obtusi, 3 - dentati.

Planta inodora, sapore acri, aromatico.

In hortis *floribus plenis* superbit.

2) *A. Millefolium* foliis bipinnatis multifidis nudiusculis: laciniis linearibus dentatis subereetis, caule sulcato. *Gemeine Garb, Schaafgarbe, Tausendblatt.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2208. *Ejusd.* Enum. p. 915. *Ejusd.* Diss. d. Ach. p. 39. *Pers.* syn. pl. p. 469. *Hoffm.* Germ. p. 162. *De Vest* M. b. p. 219. *Sturm.* D. Fl. l. c. *Herb. Bl.* t. 18.)

Perenn. Flor. Junio - Octobri.

Hab. in pratis, in pascuis et ad vias ubique abunde.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, pubescens, *superne* sulcatus et divisus. *Folia* glabra, bipinnata: *pinnis*

op-

oppositis acutiusculis suberectis aut magis obliquis subpinnatis inaequalibus dentatis, *radicalia* petiolata, *caulina* alterna sessilia amplexicaulia. *Flores* corymbosi, parvi, albi, interdum dilute rosei: *radio* plerumque 5-floro. *Corymbus* terminalis, inaequalis, densus, multiflorus. *Calyx* hemisphaericus, glaber: *squamis* ovatis concavis margine membranaceis albidis, apice fusco-ciliatis.

Variat *caulibus* altioribus et minoribus *foliisque* hirsutis, et in hortis *floribus* plenis.

Planta odorata, subaromatica, amaricans.

3) *A. nobilis* foliis sub-2-pinnatis pubescentibus: pinnis oblongis pinnatifidis, incisuris aequalibus, corymbo inaequali fastigiato. *Edle Garbe.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2211. *Ejusd.* Enum. p. 916. *Ejusd.* Diss. d. Ach. p. 36. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 255.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in apricis aridis, ad vias et vinearum muros satis frequens.

Caulis sesqui-et 2-pedalis, erectus, strictus, angulatus, striatus, tomentoso-incanus, parum ramosus, valde foliosus. *Folia* pubescentia, incana: *radicalia* petiolata 3-plicato-pinnatifida, *caulina* alterna sessilia amplexicaulia, immixtis *foliis* minoribus, bipinnatifida: *laciniis* linearibus planis pinnatifidis pectinatis; *incisuris* aequalibus lanceolatis acutiusculis integerrimis. *Flores* parvi, albidi, corymbosi. *Corymbus* ramosus, densissimus, congestus, compositus, multiflorus. *Calyx* ovatus, flavescens, leviter pubescens. *Flosculi radii* 5 subrotundo-ovati, 3-dentati.

Plan-

Planta fragrantior ac magis aromatica et amara, quam praecedens.

4) *A. setacea* foliis bipinnatis: foliolis lineari-setaceis mucronulatis confertissimis erectis pilosis, corymbo composito fastigiato. *Borstenblaettrige Garbe.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 2212. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. p. 243. *Kitaib.* et *Waldst.* Icon. et descript. pl. rarior. Hungar. p. 82. t. 80.)

A. odorata Willd. Diss. d. Achill. p. 42. *Hoffm.* Germ. p. 163. *Leyss.* Fl. hal. n. 878. *Roth.* Germ. I. p. 369. III. p. 358. *Jacq.* Collect. I. t. 21.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in siccis apricis. (In rupestribus circa *arcem Marienburg* invenit *cl. D. Kuster.* In siccis apricis prope *Rimpar* et versus *der neuen Anlage* prope *Retzbach* rarissime.)

Caulis digitalis, palmaris, rarius altior, erectus, strictus, subangulatus, striatus, simplicissimus, tomento tenui caduco vestitus. *Folia* alterna, lineari-lanceolata, pilis albicantibus obsita, bipinnata: *pinnis* pinnatis; *pinnulis* lanceolatis mucronulatis fere imbricatis, *infima* longius petiolata, *reliqua* sessilia. *Flores* parvi, albi, corymbosi. *Corymbus* densus, ramosus, multiflorus, fastigiatus. *Calyx* hemisphaericus, flavo-virescens. *Flosculi radii* 5 oblongi, obsolete 3-dentati.

Herba imprimis digitis trita odorem spirat grate aromaticum.

383. Buphthalmum, *Rindsauge.*

1) *B. salicifolium* foliis alternis lanceolatis sub-

subserratis calycibusque subvillosis. *Weidenblät ges Rindsauge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2234. *Pers.* syn II. p. 474. *Hoffm.* Germ. II. p. 163. *De Vest* M. 221. *Jacq.* Austr. t. 370.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in collibus sterilibus. (In saxos collibus prope *Gerbrunn, Aub, Hassfurth* et raro.)

Caules e radice ramosa fibrosa fusca plures, pedales et altiores, erecti, sulcati, glabriusculi, si ces *Folia* alterna, lanceolata, villosiuscula, r dentata; *radicalia* petiolata obtusa, *caulina* se amplexicaulia acuminata. *Flos* terminalis pleru unicus, magnus, speciosus, luteus, concolor. hirsutus, patens. *Flosculi radii* patentissimi, ol te 5-dentati.

Frustranea.

384. Helianthus, *Sonnenblume, nenrose.*

H. annuus foliis cordatis 3-nervatis, fl cernuis. *Einjaehrige Sonnenbl. grosse indianische merrose, Sommerblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2237. *Ejusd.* E p. 919. *Pers.* syn. pl. II. p. 475. *Knorr.* thes. S. 1.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in Peru et Mexico. (Colitur in l et in vineis hinc inde copiose.)

Radix annua, ramosa, fibrosa. *Caulis* 6-8 pe

rectus, firmus, crassus. *Folia* alterna, ampla, cordata, 3-nervata: *petiolis* praelongis crassis. *Pedunculi* sulcato-striati, sub calyce incrassati. *Flores* maximi: *disco* fusco, *radio* aureo.

In hortis variat *floribus* plenis et *radio* sulphureo.

2) *H. tuberosus* foliis cordato-ovatis triplinerviis, floribus erectis. *Knollentragende Sonnenbl. Erdbirne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2239. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c.)

Perenn. *Flor. Augusto-Octobri.*

Hab. in Brasilia. (In hortis et vineis colitur passim.)

Radix perennis, tuberosa. *Caulis* 5-8-pedalis et major, erectus. *Folia* alterna, integra, triplinervia, scabra: *radicalia* cordato-ovata, *superiora* ovata acuminata. *Petioli* basi ciliati. *Flores* quam in praecedente multo minores, toti lutei, erecti.

Radix esculenta, subdulcis.

Planta tardissime, et nonnisi tempestate autumnali maxime favente florens.

385. Centaurea, *Flockenblume.*

1) *C. phrygia* calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis indivisis scabris mucronato-serrulatis. *Phrygische Flockenbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2282. *Ejusd.* Enum. 925. *Pers.* syn. pl. II. p. 482. *Hoffm.* Germ. II. p. 64. *De Vest* M. b. p. 222.)

Jacea phrygia *Moench.* Meth. supplem. p. 228. *M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 173.

Perenn.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In sylvaticis montanis inter *Kleinochsenfurth* et *den erlacher Seen.* In *sylva stettensi* et in nemorosis circa *Grossenlangheim* copiose, alibique.)

Caulis sesqui-et 2-pedalis, erectus, angulatus, hirsutus, scaber, *superne* ramosus: *ramis* 1-floris. *Folia* firma, scabra, alterna, ovato-oblonga, margine spinuloso-denticulata retrorsum scabra: *radicalia* et *infima caulis* petiolata, *reliqua* sessilia amplexicaulia, *suprema* sensim minora. *Flores* terminales, solitarii, erecti, majusculi, purpurei, ramis superne paulo incrassatis insidentes. *Phylla* imbricata, lanceolata, *aristis* duplicato-ciliatis plumosis recurvis fuscis elegantissimis terminata.

Variat rarissime *floribus* albis et *caule* 1-floro.

2) *C. nigra* calycibus ciliatis, squamis ovatis: ciliis capillaribus erectis, foliis infimis subsinuato-dentatis: superioribus ovatis. *Schwarzkelchige Flockenbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2287. *Ejusd.* Enum. p. 926. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vet* M. b. l. c.)

Jacea nigra Moench. Meth. p. 563.

Perenn. bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis graminosis. (In iisdem cum praecedente locis, quacum solito confunditur. Praeterea etiam in sylvaticis prope *Gerolshofen, Rottingen, Waldaschach* et *Ebenhaussen* occurrit.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, angulosus, scaber, ramosus. *Folia* alterna, lanceolata, dura, utrinque magis minusve scabra, margine denticulata retrorsum sca-

scaberrima: *infima* petiolata sinuato-dentata *aut* integra, mox lyrato-angulata, *superiora* sessilia integriuscula sensim minora. *Flores* terminales, pedunculati, foliolis supremis quasi involucrati, purpurei: *flosculis omnibus* hermaphroditicis. *Calyx* globosus: *phyllis* linearibus *squama* ovata nigra ciliata terminatis, *ciliis* capillaribus erectis fuscis.

Similis quodammodo antecedenti et *Cent. Jaceae*. Ab hac vero: *phyllis* arctissime imbricatis: *squamis* nigris ciliis erectis nigris terminatis et *flosculis radii* non sterilibus, ab illa vero: *squamulis calycinis* ciliatis ovatis erecto-patentibus nec setaceis *aut* recurvis constanter differt.

3) *C. montana* squamis calycinis serratis, foliis glabriusculis lanceolatis integerrimis decurrentibus, caule simplici. *Berg-Flockenbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2290. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 483. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 371. *Herb. Bl.* t. 66.)

Cyanus montanus Moench. Meth. suppl. p. 228. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 174.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Copiosa in monte *Kalbenstein* infra *Karlstadt*, et passim prope *Schweinfurt. D. W.*

Aira praecox. (*Flor. wirceb. I. p.* 96.)
Hab. circa *den ungeheuern Seen* àd *Grofsenlangheim* frequens.

Melica coerulea. (*Ibid. p.* 100.)
Varietas *culmis* demissioribus, *foliis* angustioribus brevioribusque in pratis humidis *Rhoenae*, praesertim prope *Waldberg* minime rara.

Poa sudetica. (*Ibid. p.* 107.)
In humidis montis *st. crucis* versus *Bischofsheim* non raro obvia.

Poa serotina. (*Ibid. p.* 110.)
Elegans graminis hujus variatio caesia in *sylvula kohemiensi* reperitur.

Festuca bromoides. (*Ibid. p.* 118.)
Ante sylvam inter *Bremig* et *Waldaschach* passim occurit.

Bromus asper. (*Ibid. p.* 132.)
In *sylva auersbergiensi* non infrequens.
Variat *culmis* glabris.

Bromus giganteus. (*Ibid. p.* 133.)
In eadem cum praecedente sylva, sed magis frequens.

* *Bromus racemosus* panicula erecta, spiculis oblongo-ovatis subcompressis nudis, flosculis imbri-

bricatis, corollarum gluma exteriori apice indivisa, aristis rectis glumam aequantibus, foliis obsolete pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 436. *Pers.* syn. pl. I. p. 95. *Schrad.* Fl. germ. I. p. 352.)

Bromus pratensis. *Koeler.* descr. gram. p. 230.

Bienn. *Flor.* *Majo–Julio.*

Hab. in agris, in pratis, ad vias. (Frequens ad pedes montis *Schwanberg*).

Affinis *Bromo molli*, a quo differt culmus gracilioribus glabriusculis, *foliis vaginisque* minus pubescentibus, *panicula* rariore: *pedunculis* indivisis scabris, *spiculis* scabris nitidis, et flosculi *glumis exterioribus* apice integerrimis.

Variat *culmis* scabris et numero *flosculorum* a 4 ad 10.

Elymus europaeus. (*Flor. wirceb. I. p.* 149.)

Frequens etiam in montibus *Kreutsberg* et *Auersberg.*

Variat: *foliis* nudis et *flosculis* masculis.

TRIGYNIA.

Montia fontana. (*Flor. wirceb. I. p.* 153.)

Abundat quoque in humidis circa *Grossenlangheim* et ad scaturigines *montium rhoenanorum.*

Variat *statura* minori.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Dipsacus laciniatus* foliis connatis sinuatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 544. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 68. *Jacq.* Fl. austr. t. 403.)

Bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in graminosis humidis. (In *fossa oppidana* versus *dem Pleichacher Thore* plantas plures observavi).

Caulis 3-4-pedalis, erectus, ramosus, angulatus, aculeatus. *Folia* opposita, connato-perfoliata, laciniato-pinnatifida, glabra, *subtus* pubescentia: *costa media* alba breviter aculeata. *Pedunculi* angulati, aculeati. *Capitula* ovata, obtusa, basi *foliolis* rigidis aculeatis involucrata. *Flores* albi. *Paleae receptaculi* lanceolatae, mucronatae, ciliatae, flores paulo superantes.

---

* *Scabiosa canescens* tomentoso-canescens, corollulis 5-fidis radiantibus, caule multifloro, foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis pinnatifidis pinnatisque.

(*Willd.* Enum. hort. b. p. 146. *Pers.* syn. pl. I. p. 120. *Waldst.* et *Kitaib.* plant. rar. Hung. I. p. 53. t. 53.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus, in arenosis. (In locis declivibus montis ad sinistra *moeni* littora versus *Sulzfeld* copiose. *Dr. Nees.* Reperitur etiam passim in arenosis

nosis prope *Grossenlangheim*, et in arenosis versus *Himmelspforten* specimina aliquot nuperrime legit dil. *Fr. G. H.*)

Maxime affinis *Scabiosae columbariae*, quacum hucusque commutata esse videtur. Dignoscitur vero facillime: *amictu* cano-tomentoso, *foliis radicalibus* ovato-lanceolatis integerrimis, quae in ea evidenter crenata sunt, et *foliolis calycinis* brevioribus.

Flores violaceo-coerulei.

Variat subinde *caule* 3-4-et 1-floro.

Asperula tinctoria. (*Flor. wirceb. I. p.* 168.)

Etiam in aridis circa *Schweinfurt* passim obvia. *D. W.*

Corollae neutiquam semper 3-fidae.

---

* *Galium hyssopifolium* foliis quaternis inaequalibus lineari-lanceolatis 3-nerviis obtusis glabris.

(*Hoffm.* Fl. germ. I. p. 71.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (Rarum in pineto prope *Sickershausen.*)

Affine *Galio boreali*, a quo: *foliis* in verticillo aequalibus duplo fere latioribus, *nervisque* 3 longitudinalibus, subtus setuloso-scabris, *panicula* diffusa et *fructibus* praecipue glabris, evidenter recedit.

Amicissim. D. Dr. Nees hanc speciem, quam in loco indicato primo detexit, per plures jam annos culturae subjectam constantissimam observavit.

Galium erectum. (*Fl wirceb. I. p.* 173.)

Hab. quoque in nemorosis humidis pone *Michelfeld.*

Galium boreale. (*Ibid. p.* 177.)

Repe-

Reperitur etiam in *sylvula mainbernhemiensi* et in monte *st. crucis.*

Planta in cultis crescens *folia* multo angustiora ac *semina* minus hispida ostendit.

Plantago media. (*Fl. wirceb. I. p.* 179.)

Hujus singularis variatio *foliis omnibus* longe dentatis apud nos obvia. Plura saltem ejus specimina nuperrime *am Quellenbache* legit *dil. Fr. G. H.*

Centunculus minimus. (*Ibid.* p. 180.)

(*Sturm.* Deutschl. Flor. I. 30.)

Perfrequens est in pluribus regionibus, e. gr. circa *Abb. Heidenfeld*, *Schweinfurt*, *Kitzingen*, *Grossenlangheim*, in arenosis *Rhoenae*, e. gr. in agris arenosis infra *Waldberg*, alibique.

Calyx non raro 5-partitus.

TETRAGYNIA.

Potamogeton compressum. (*Ibid. p.* 191.)

Hab. quoque ad lacum parvum in via a *Sickershaussen* versus *Marktsteft* et prope *der dürren Brücke* ad *Sickershaussen. D. N.*

PEN-

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Lithospermum officinale. (*Flor. wirceb. I. p.* 218.)

Occurrit quoque in siccis prope *Schweinfurt. D. W.*

Variat *foliis* angustioribus et latioribus, nec non *statura* majori.

---

* *Pulmonaria mollis* foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis oblongo-lanceolatis pedunculisque molliter villosis.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. in sylvis frondosis fere ubique.

Certissime species distincta, cujus cognitionem *cl. D. Wolffio schweinefurt.* debemus, quippe qui primo eam distinxit.

Planta aeque culta ac spontanea per plures jam annos observata mutationi nulli succubuit.

Inter *Pulmonariam officinalem* et *P. angustifoliam* medium omnino tenet. Hujus habet folia, illius flores.

Androsace septentrionalis. (*Ibid. p.* 226.)

Planta in provincia nostra minime rara, ad vulgatissimas potius pertinere videtur, et in regionibus quibusdam revera abundat. Sic eam in arenosis prope *Erlach, Grossenlangheim, Sickershaussen* et alibi maxima copia crescentem observabis.

Primula farinosa. (*Ibib. p.* 229.)

In

In pratis udis prope *Abb. Heidenfeld* e. gr. circa *dem Altfeldhof* copiosissime provenit, sicuti etiam versus *Schweinfurt*.

Scapus a digitali altitudine ad pedalem fere accedit. *Folia* nonnunquam *subtus* obsolete farinosa.

Prim. farinosa ab Ill. Wahlenbergio (*Ejusd.* Flor. lappon. p. 60.) descripta est hujus varietas notatu dignissima, *statura* imprimis majori, *foliis* evidenter dentatis omnique fere *farina* destitutis, *laciniis calycinis* eximie rugulosis *vel* nodulosis ad margines et intus praecipue pulvere leproso grosso obtectis, et *corollae tubo* calyce duplo longiore insignita.

POLEMONIUM.

Cal. 5-fidus. *Cor.* rotata 5-partita. *Stamina* squamis basin corollae claudentibus inserta. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* supera 3-locularis.

* *P. coeruleum* foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus.

(*Oeder.* Fl. dan. t. 255. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 38. *Sturm.* D. Flor. I. 27.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in sylvaticis montosis. (Plantae coeterum rarissimae plurima ante 2 annos in sylvaticis *montis st. crucis, in den Rheeden* non procul a via versus *Wildfleck* legi specimina.)

Caulis plantae spontaneae vix pedalis, erectus, glaberrimus, *superne* paniculatus. *Folia* alterna, impari-pinnata, multijuga: *foliolis* pedicellatis elliptico-lanceolatis integerrimis. *Corollae* speciosae, saepissime albae.

In loco natali vix unum alterumve reperi specimen *corollis* coeruleis.

Planta

Planta culta speciosior, hortorum solitum ornamentum, *floribus* plerumque gaudet coeruleis.

Campanula glomerata. (*Fl. wirceb. I. p* 240.)
Datur ejus *varietas* omnino glabra.

Campanula Cervicaria. (*Ibid. p.* 241.)
Habitat praeter loca indicata *im Kapuzinerholz* ad *Ochsenfurt* frequens. Passim etiam *in der Waldskugel*; in sylvaticis prope *Mainbernheim* et *Michelfeld* non rara.

Phyteuma orbiculare. (*Ibid. p.* 243.)
In sylvaticis prope *Gramschatz*, *Zell*, *Abb. Heidenfeld* et *Schweinfurt* sporadice provenit, copiose vero in prato sylvatico *des Ochsengrundes* prope pagum *Gramschatz*.

SAMOLUS.

Cal. 5-partitus, superus. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida. *Stamina* munita squamulis corollae. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

* *S. Valerandi* caulibus diffusis ramosis, foliis obtusis.

(*Oeder.* Flor. dan. t. 198. *Shhkuhr.* bot. Handb. t. 40.)

Ann. bienn.? Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Prope oppid. *Schweinfurt* lecta est a *cl. D. Wolff.*)

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, glaber, parum ramosus. *Folia* alterna, petiolata, obovata, obtusa, glaberrima: *superiora* sessilia. *Racemus* terminalis, erectus, multiflorus. *Bracteae* parvae, lanceolatae. *Corollae* minutae, albae.

---

* *Ver-*

* *Verbascum Blattaria* foliis nudis, radicalibus subsinuatis inaequaliter crenatis, caulinis subcordato-ovatis acuminatis dentatis apice integerrimis, racemo elongato, pedunculis solitariis alternis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 225.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in argillosis, ad vias. (Specimina 3 prope *Theres* lecta mihi communicavit *D. Koerte.*)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, parum ramosus, subangulatus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, glabra, nitida, duplicato-serrata, ovato-lanceolata *aut* oblonga: *radicalia* in petiolum brevem decurrentia. *Racemus* terminalis, elongatus, laxus. *Flores* pedunculati, solitarii, majusculi, aurei. *Filamenta* villis purpureis obsessa. *Stylus* glandulosus.

Variat *floribus albis.*

---

* *Ribes petraeum* inerme, racemis pilosiusculis erectis, floribus planiusculis: petalis obtusis.

(*Jacq.* ic. rar. V. 1. t. 49. *Schmidt.* oester. allgem. Baumz. t. 94. *Guimpel.* Abbild. deutsch. Holzart. t. 20.)

Frutex. Flor. Majo.

Hab. in montosis. (Ad pedes montis *st. crucis* versus *Bischofsheim*, ubi primo a *cl. D. Custer* detecta est.)

Fruticulus 2-4-pedalis, erectus. *Folia* sub-3-loba: *lobis* acuminatis inciso-dentatis. *Racemi* pilosiusculi, multiflori: *floriferi* erecti, *fructiferi* penduli. *Flores* rubri. *Bracteae* floribus breviores.

* *Ribes alpinum* inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis.

(*Jacq.*

(*Jacq.* Fl. austr. t. 47. *Oeder.* Fl. dan. t. 968. *Schmidt.* oester. allgem. Baumz. t. 96. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart. IV. t. 21.)

Frutex. Flor. April., Maj.

Hab. in saxosis, in sylvaticis. Perfrequens in *monte st. crucis in saxosis am Johannesthauer*, in den *Reeden* ibidem, inque aliis *montibus rhoenanis*.

Simile *Ribi rubro*, a quo differt *foliis* minoribus 3-lobis denticulatis *utrinque* praecipue lucidis, *racemis* semper erectis ovatis minimis, *floribus* utplurimum dioicis, *bracteis* lanceolatis pedicello longioribus et *baccis* denique minoribus pulposis dulcescentibus fatuis.

---

* *Thesium ramosum* caule erecto ramoso, racemis foliatis elongatis, floribus sessilibus bracteis minoribus obvallatis.

(*Hayne* in Schrad. Journ. I. 1800. p. 30. t. VII. (*Marsch. a Bieberstein.* Fl. taur. caucas. I. p. 175.)

Th. alpinum Pollich. Fl. palat. n. 240. *Gmel.* Fl. bad. I. p. 551.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis, in collibus siccis. (Prope *Grossenlangheim*, *Kitzingen*, *Sickershausen* et *Erlach* haud rarum.)

Differt a *Thesio Linophyllo* affini: *caule* basi ramoso, *foliis* minoribus acutis, *racemis* elongatis: *inferioribus* altioribus, *pedunculis* racemorum aequalibus, nec sursum decrescentibus, *floribus* sessilibus, *laciniis calycinis* integerrimis, nec supra basin 2-dentatis et *nuce* oblonga.

Viola persicifolia. (*Flor. wirceb. I. p.* 296.)
In salicetis praeterea subhumidis ad littora *moeni* prope *Albertshofen*, in sylvula *Erlach* apud *Grossenlangheim*, alibique non rara.

Viola mirabilis. (*Ibid. p.* 267.)
Im *Käferhölzchen* versus *Kitzingen* hoc anno pluries quoque eam legit *dil. Fr. G. H.*

DIGYNIA.

* *Atriplex erecta* caule herbaceo erecto, foliis ovato-lanceolatis: inferioribus sinuatis, calycibus seminum undique muricatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 965. *Smith.* Fl. brit. III. p. 1093.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in inundatis. (In inundatis ad pedem montis prope *Hohfeld* lecta est ab *Ill. D. Nees.*)

Caulis erectus, firmus, ramosus. *Folia* petiolata, subpulverulenta, ovato-lanceolata, acuta: *superiora* fere integerrima, *inferiora* sinuato-dentata. *Racemi* terminales, compositi, multiflori, subaphylli.

Distinctissima species, *fructu* parvo, maxime muricato, copiosissimo, facile recognoscenda. *Smith* l. c.

* *Atriplex laciniata* caule herbaceo erecto, foliis deltoidibus dentatis subtus albidis.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 293. *Smith.* Fl. brit. III. p. 1090.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. ad vias. (Legitur rarius *an der Chaussee* apud *Estenfeld* et *Werneck.* Etiam prope pagum *Giebelstadt* passim occurrit.)

Cau-

Caulis sesqui-*aut* 2-pedalis, erectus, teres, virgatus. *Folia* alterna, petiolata, deltoideo-rhombea, dentata, *subtus* praecipue argenteo-pulverulenta *aut* laminulis quasi argentata. *Flores hermaphroditi* in spicas densas terminales conglomerati, *foeminei* axillares pedicellati plerumque gemini.

Tota planta tecta quasi epidermide secedente. *L.*

Gentiana Pneumonanthe. (*Flor. wirceb. I. p.* 282.)

Reperitur quoque circa *Schweinfurt. D. W.*

Gentiana cruciata. (*Ibid. p.* 285.)

In omnibus fere sylvis et nemoribus nostris vulgo obvia.

* *Gentiana verna* corolla 5-fida infundibiliformi, foliis ovatis acutiusculis: radicalibus patentibus majoribus.

(*Froelich.* de Gent. Diss. p. 65.)

G. bavarica. Jacq. obs. 3. t. 41.

Perenn. Flor. primo vere.

Hab. in montosis, in pratis. (Rarius observatur prope *Schweinfurt. D. W.* Copiose provenit in prato apud *Erlach. D. N.*)

Caulis 2-4-uncialis, erectus, filiformis, angulatus, simplicissimus, glaber. *Folia* ovato-lanceolata, acutiuscula, glabra, rigidiuscula: *radicalia* in terram incumbentia in rosulam congesta, *caulina* opposita minora. *Flos* terminalis, saturate coeruleus. *Corollae laciniae* ovatae, obtusae, crenatae *aut* integrae.

UMBELLATAE.

Astrantia major. (*Fl. wirceb. I. p.* 288.)
Crescit copiosissime in *sylva gramschatziensi*, praesertim utrinque juxta viam versus pagum *Gramschatz.*

Selinum palustre. (*Ibid. p.* 297.)
Copiosum in paludosis *foresti grossenlanghemiensis.*

* *Selinum sylvestre* caule laevi, radice fusiformi multiplici.
(*Oeder.* Flor. dan. t. 412.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis sylvaticis. (In paludosis sylvaticis circa *Grossenlangheim* passim reperitur.)

Planta sublactescens. *Caules* numerosi, laeves, glabri, teretes, *inferne* ramosi. *Folia* glabra, tripinnata: *pinnulis* incisis, *lacinulis* ovatis obtusiusculis. *Umbellae* terminales, multifidae: *umbellulis* multifloris remotis. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* margine membranaceis. *Involucellum* consimile: *foliolis* acutioribus. *Petala* explicata. *Styli* post anthesin recti.

Athamanta Libanotis. (*Ibid. p.* 301.)
Provenit passim circa oppidum *Schweinfurt. D. W.*

Peucedanum officinale. (*Ibid. p.* 302.)
Perfrequens *auf dem Frohnberge* supra *Mühlbach*, in collibus sylvaticis *im Erlacher Grunde*, circa *Gerbrunn*, *Schweinfurt*, et alibi.

* *Peucedanum alsaticum* foliis supradecompositis planis, pinnulis ovatis incisis nervosis: laciniis lanceolatis divergentibus.

(*Jacq.*

(*Jacq.* Fl. austr. t. 70. *Marsch. a Bieberst.* Fl. taur. caucas. I. p. 216.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in asperis, in graminosis. (In asperis prope *Randesacker*, in loco praecipiti montoso supra *Hohfeld*, in salicetis versus *Moenum* prope *Albertshausen* et in pratis apud *Mainstockheim.*)

Caulis 2-4-pedalis et altior, erectus, glaber, ramosus, obsolete angulatus. *Folia radicalia* ampla, multiplicato-pinnata, *caulina inferiora* tripinnata, *superiora* sensim minora 2-3-pinnata. *Foliola* lanceolata, acuta, plana, nervosa, glabra, 2-3-4-fida: *terminale* sub-3-lobum. *Umbellae* terminales, mediocres, planiusculae. *Involucra* polyphylla: *foliolis* 3-6-8 angustis brevibus linearibus. *Flosculi* parvi, lutescentes, *omnes* fertiles.

Laserpitium latifolium. (*Fl. wirceb. I. p.* [illegible])
Copiosum in sylvis ad *Gramschatz, Veitshöchheim* et *Stetten.*

* *Laserpitium prutenicum* hirtum, foliolis lanceolatis integerrimis: extimis coalitis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 153.)

Perenn. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in nemorosis, in sylvaticis. (In *flueto grossenlanghemiensi* non adeo rarum. Reperitur quoque in sylva versus *Kist*, in sylvaticis prope *Waldbrunn* et *Eisingen.*)

Caulis 4-6-pedalis, erectus, angulosus, ramosus, *pilis albis* hirtus. *Folia* supra glabra, subtus margine et versus costam hirta, 2-pinnata: *foliola*

pin-

pinnatifidis cuneiformi-lanceolatis, *laciniis* ovatis acutis. *Umbellae* terminales, multifidae: *radiis* hispidis, *involucris* et *corollis* albis. *Involucra* polyphylla.

---

* *Heracleum flavescens* foliis pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis acuminatis dentatis margine scabris, floribus radiatis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 311.)

H. angustifolium. *Jacq.* Fl. austr. t. 173.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In *sylvula hohemiensi* rarissima haec apud nos planta primo detecta est ab *Ill. D. Nees.* Occurrit etiam in sylvula *Struth* prope *Marktbreit*, et perraro *im Kaeferholz.*)

Caulis 3-4-pedalis et altior, erectus, parum ramosus, angulato-sulcatus, fistulosus, *inferne* praecipue *pilis albis* hispidus, *superne* glabriusculus. *Folia* alterna, pinnata: *foliolis* pedicellatis plerumque quinis ovato-oblongis pinnatifidis *aut* laciniato-sinuatis dentatis acuminatis mucronatis margine praecipue scabris. *Petioli* longi, *vaginas praemagnas* inferne formantes. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, multiradiatae *Umbellulae* multiflorae: *floribus* radiatis flavo-viridibus.

---

* *Sium repens* caule repente, foliis pinnatis: foliolis oppositis sessilibus subrotundis inaequaliter angulato-dentato-serratis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 260. *Gmel.* Fl. bad. I. p. 671. t. 5.)

Perenn.

Perenn. *Flor.* *Junio-Octobri.*

Hab. in humidis, in paludosis. (Planta olim ad lacum parvum in agro pascuo kitzingensi versus *Hohheim* valde copiosa. Crescit nunc rarius in humidis prope *Grofsenlangheim*. Copiose vero ad lacum ante portam suburbii kitzingensis *Etwashaufsen*, et in arenosis humidis prope sylvulam *Erlach*.)

Caules prostrati, repentes, radicantes, teretes, striati, glabri. *Folia* petiolata, glabra, impari-pinnata: *foliolis* subrotundis *aut* cuneatis venosis varie lobatis, *impari* 3-lobo. *Pedunculi* radicati, erecti, oppositifolii. *Umbellae* parvae. *Umbellulae* divaricatae, multiradiatae. *Involucrum* breve, reflexum. *Involucella* patentia, longitudine flosculorum. *Corollulae* aequales, albae, nonnunquam intus rubellae.

Cicuta virosa. (*Flor. wirceb. I. p.* 312.)
Abundat in paludosis *sylvae waldbrunnensis.*

Coriandrum sativum. (*Ibid. p.* 313.)
In agris prope *Wasserlos* magna copia sponte provenit.

Seseli annuum. (*Ibid. p.* 322.)
Passim occurrit in monte *Schwabenberg* inque *foresto kitzingensi* versus *Grofsenlangheim*. Copiose autem ad margines *ejusdem foresti* ad viam ab oppidulo *Kitzingen* versus *Schwarzach*. Hinc inde etiam im *Käferhölzchen* versus *Rottendorf*.

Anethum graveolens. (*Ibid. p.* 324.)
In agris ad *sylvulam mainbernhemiensem*, inque vicinia lacus ibidem spontanea.

Pimpinella magna. (*Flor. wirceb. I. p.* 328.)
Planta in nemoribus plerisque magna copia crescens.

TRIGYNIA.

* *Alsine viscosa* caule paniculato foliisque pubescentibus, petalis calyce brevioribus.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 330. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 149.)

Arenaria tenuifolia. Flor. dan. t. 389.

Ann. Flor. primo vere.

Hab. in collibus, in agris. (In collinis, inque agris versus *Triefenstein*, *Lengfurth*, *Rossbrunn* et alibi passim invenienda.)

Ab *Alsine media* differt: *caulibus* paniculatis pubescentibus, nec unifariam pilosis, *foliis* pube tenuissimo vestitis subviscosis et *floribus capsulisque* calyci pubescenti non aequalibus, sed eo brevioribus.

PENTAGYNIA.

* *Linum austriacum* calycibus obtusis, foliis linearibus acutis confertis rectis, caulibus erectiusculis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 418.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis, in montosis. (Perfrequens in sylvaticis circa *Grossenlangheim*, et passim etiam prope *Schweinfurt.*)

Simillimum *Lino usitatissimo*, a quo differt: *caulibus* diffusis eretiusculis, *superne* ramosioribus:

ramis

ramis magis distantibus, *foliis* sparsis linearibus acutis remotioribus, *floribus* ante anthesin nutantibus majoribus speciosioribus, *petalis* integerrimis, *calycibusque* brevioribus: *foliolis* 2 *interioribus* apice rotundatis obtusissimis.

POLYGYNIA.

Myosurus minimus. (*Fl. wirceb. I. p.* 344.)

Nimium frequens in campis sterilibus ad *Erbshaussen*, in agris arenosis prope *Abb. Heidenfeld*, *Kitzingen* et alibi.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Allium descendens* scapo subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspidatis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 359.).

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab in vineis. (In vinea prope *Veitshöchheim* specimina aliquot legit *dil. Fr. G. H.*)

Radix bulbis pluribus albidis profundius quotannis in terram descendentibus composita. *Scapus* circiter pedalis, erectus, leviter sulcatus, glaberrimus, *basin* versus *foliis* paucis angustis linearibus glaberrimis semiteretibus fistulosis vestitus. *Umbella* terminalis

nalis, densa, multiflora: *pedunculis* inferne angustioribus, *exterioribus* interioribus evidenter brevioribus. *Petala* ovata, acuta, glabra, purpurea.

Allium angulosum. (*Fl. wirceb. I. p.* 358.)

Planta in *foresta kitzingensi*, circa *Grossenlangheim* et *Schweinfurt* saepius observanda.

Lilium Martagon. (*Ibid. p.* 361.)

Abundat in monte *st. crucis*, inque aliis regionibus sylvaticis.

Varietas *corollis* albidis in nemorosis prope *Abb. Heidenfeld* existit.

---

* *Scilla amoena* scapo angulato, pedunculis alternis flore brevioribus, bracteis obtusis brevissimis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 218. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 94.)

Perenn. Flor. Majo.

Hab. ad sepes, in pratis. (Lecta rarius prope *Kissingen.*)

Scapi e radice bulbosa 2-3-4, palmares, erecti, simplices, nudi. *Folia* canaliculata, lanceolata, obtusa, glaberrima. *Racemus* terminalis, valde laxus, pauciflorus. *Flores* alterni, laterales, nutantes: *pedunculis* brevissimis coloratis. *Bracteae* minimae, membranaceae. *Petala* obtusa, amoene coerulea, basi *lineis* 2 albidis notata.

Anthericum Liliago. (*Ibid. p.* 367.)

In collibus arenosis infra *Albertshofen*, prope *Grossenlangheim*, in arenosis versus *dem Karlsburger See*, inque monte *Kalbenstein* neutiquam rarum.

Con-

Convallaria verticillata. (*Flor. wirceb.* I. p. 370.)

In omnibus *Rhoenae* sylvis frequens.

---

* *Juncus capitatus* culmo nudo filiformi, capitulo terminali sessili subsolitario involucrato.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 391. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 166. *Weig.* obs. p. 28. t. f. 5. *Sturm.* D. Flor. I. 13.)

J. gracilis. Roth. Fl. germ. I. p. 155. II. p. 402.

J. mutabilis. Cavanill. icon. 3. p. 49. t. 296. f. 2.

J. ericetorum. Pollich. Fl. palat. n. 350. *Gmel.* Fl. bad. II. p. 72.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis subudis. (In humidis ad viam a *Sickershaussen* versus *Marktsteft* et in fossis non procul a lacu apud *Mainbernheim* non raro obvius. Reperitur quoque circa *Grofsenlangheim.*)

Radix tenella, fibrillosa. *Culmi* plures, digitales *aut* palmares, erecti, nudi, filiformes: *juniores* subcompressi, *adultiores* semicylindrici canaliculati. *Folia* culmis omnino similia, sed triplo fere breviora. *Capitulum* terminale, densum, sessile. *Involucrum* 3-5-phyllum: *foliolis* inaequalibus acuminatis carinatis *margine* membranaceis, *supremo* longissimo, *primo* erecto, *dein* recurvo. *Capsulae* obsolete triquetrae, obtusissimae, bruneae.

* *Juncus Neesii* culmis foliosis erectis, foliis teretiusculis nodoso-articulatis, capitulis subglobosis, foliolis calycinis aequalibus oblongis obtusis apice membranaceis, capsula triquetra ovata ventricosa rostrata longitudine calycis.

Pe-

Perenn. *Flor.* *Junio-Augusto.*

Hab. in uliginosis. (Ad lacus circa *Abb. Heidenfeld*, in sylvula *Struth* prope *Marktbreit*, inque aquis et fossis passim.)

Radix crassitie digiti minimi, repens, fibris plurimis validis aucta, plures culmos seriatim proferens. *Culmi* semipedales, 1-2-pedales et altiores, erecti, stricti, basi vaginis fuscis nitidis obvoluti, semper bifolii. *Folia* teretiuscula, nodoso-articulata, laevia, secundo paniculam non superante. *Panicula* terminalis, densior et ratione plantae brevis, bifida: *ramis* validiusculis decompositis, *divisurae superioris* erecto-patentibus, *inferioris* autem plerisque recurvis. *Involucra* lanceolata, acuminata. *Capitula* subglobosa, 5-10-flora, bracteis membranaceis ovatis obtusis stipata. *Flores* pallidi. *Foliola calycina* oblonga, concava, obtusa, pallide ferruginea, *margine* lato albo-membranaceo ad apicem expanso ibidemque saepe incurvo cincta: *exteriora* interioribus paulo angustiora. *Capsula* brevis, triquetra, ventricosa, abiens in *rostellum* breve capsulam vix superans rectiusculum apice pallidum, deorsum vero, ut capsulae pars superior, fuscum. *Basis capsulae* virescens.

Species distinctissima, sed, quod prope fidem est, cum aliis hujus generis individuis hucusque permutata. Hanc *D. Wolffius Schweinfurt. praemature defunctus* jam prius observatam *Juncum divaricatum* adpellavit, quo sub nomine saltem plura ejus specimina herbarium defuncti relictum exhibuit. Sic et planta praedicta perscrutationes *ill. D. Neesii Sickershussani*, viri de scientia herbaria, uti et naturali optime meriti, non evasit, qui eam quondam

dam *Junci congesti* nomine signatam nuperrime praeclare distinxit, descripsitque. Ejus itaque in honorem sit plantae nomen *Junc. Neesii.*

Similis *Junco* nostro *aquatico* (*Flor. wirceb. I. p.* 378 et 379.) atque *J. sylvatico.* Ab illo: *culmis* tenuioribus, *panicula* nunquam triplici et *capsulis* rostratis, ab hoc vero: *culmis* validioribus, *panicula*, ratione altitudinis plantae habita, breviori densiorique, nec tota divaricata, *bracteis calycibusque* obtusis, neque mucronatis, nec basi viridibus, *capsulis* brevioribus ventricosis et florum *colore* pallido praecipue differt.

Variat in fossis aquaticis *culmis* 3-4-pedalibus.

* *Juncus spadiceus* culmis foliosis, foliis teretibus subcompressis laevibus articulatis, capitulis globosis, foliolis calycinis lanceolatis acuminatis.

(*Schweigg.* et *Kört.* Fl. erl. p. 148.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Circa *Grofsenlangheim*, *Sickershaussen* et *Kitzingen.*)

Radix tenuis, repens. *Culmi* palmares et altiores, erecti, foliosi, teretes. *Folia* linearia, acuminata, glabra, subcompressa, articulato-nodosa, *basi* vaginantia. *Capitula* globosa, multiflora: *floribus exterioribus* retroflexis. *Capsula* spadicea in cuspidem transit longiusculam.

* *Juncus fusco-ater* culmis foliosis, foliis nodoso-articulatis strictis: superioribus subcompressis, capitulis subrotundis, foliolis calycinis obtusis, capsula triquetro-ovata obtusa mucronata calyce longiore.

(*Schweigg.* et *Kört.* Fl. erl. p. 149.)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Reperitur cum praecedente iisdem in locis.)

Radix repens, plures culmorum et foliorum fasciculos sustinens. *Culmi* palmares, pedales et altiores, erecti, foliosi, *basi* subnodosi. *Folia* alterna, erecta, linearia, acuminata, teretiuscula, nodoso-articulata: *superiora* subcompressa. *Capitula* subrotunda, pauciflora. *Calycis foliola* obtusa, brunea, apicem versus fusco-atra, margine membranacea albida. *Capsula* nigra, nitens, mucrone brevi terminata.

Hanc et antecedentem speciem a *cl. Praes. d. Schreber* primo distinctas diutius adhuc observare opportet, erruendi gratia, an notas allegatas constanter retineant, speciesque inde peculiares constituant. Prima saltem ad *Juncum sylvaticum*, altera vero ad *J. aquaticum* accedit, a quibus forsitan loci natalis diversitate mutatae solummodo recedunt.

Juncus supinus. (Fl. wirceb. I. p. 380.)
In paludosis turfosis *foresti kitzingensis* hinc inde non infrequens.

Peplis Portula. (Ibid. p. 386.)
Copiosa in via humida, quae ducit per *forestum grossenlanghemiense.* In sylva etiam prope *Bremig*, inque agris infra *Waldberg* minime rara.

TRI-

TRIGYNIA.

* *Rumex maximus* floribus hermaphroditis valvulis subdeltoideis integris graniferis, foliis lanceolatis acutis integris.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 99.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in fossis, in humidis. (In fossis, inque humidis versus *Remlingen* et *Triefenstein. D. Wib.* In fossis ad *Mainstockheim*, *Grofsenlangheim* et alibi.)

Differt a *Rumice aquatico* affini: *foliis omnibus* lanceolatis: *radicalibus* maximis, *florum valvulis* ovato-deltoideis graniferis.

Inter *Rumicis* species indigenas haec maximis praedita est foliis.

Triglochin palustre. (*Fl. wirceb. I. p.* 396.)
Frequens *am Quellenbache*, inque humentibus et paludosis prope *Grofsenlangheim* et alibi.

Triglochin maritimum. (*Ibid. l. c.*)
Satis copiose provenit prope *salinas kissingenses*, et passim in monte *Bauersberg.*

SCHEUCHZERIA.

Cal. o. *Cor.* 6-partita. *Antherae* lineares. *Stigmata* sessilia. *Capsulae* 3, inflatae, distinctae, 1-spermae.

* *Sch. palustris* foliis alternis carnosis semiteretibus.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 396. *Oeder.* Flor. dan. t. 76. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 100.)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in uliginosis turfosis. (Passim *im rothen Moore*, copiosius *im schwarzen Moore.*)

Radix repens, articulata, fibrosa. *Culmi* digitales, palmares, erecti, teretes, glabri, geniculis plerumque 3 instructi. *Folia* alterna, semiteretia, carnosa, glabra, basi vaginantia: *media culmea* coeteris majora. *Ligula* obtusa, albida. *Panicula* terminalis, erecta, racemosa, laxa: *pedunculis* 4-5 alternis 1-floris patentibus. *Bracteae* ad quemvis pedunculum vaginantes. *Flores* bruneusculi. *Capsulae* subrotundae, ventricosae, totae liberae, angulo interiore dehiscentes, *semina* in fundo continentes.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Acer Pseudo-Platanus. (*Flor. wirceb.* I. *p.* 407.)

In sylvaticis *montis st. crucis* et in omnibus fere *sylvis rhoenanis* magna crescit copia.

Acer Platanoides. (*Ibid. p.* 408.)

Copiose cum praecedente iisdem in locis.

---

* *Vaccinium uliginosum* pedunculis 1-floris, foliis integerrimis obovatis obtusis laevibus.

(*Oeder.* Fl. dan. t. 231. *Sturm.* Deutschl. Flor. I. 12. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart VII. t. 42.)

Fru-

Frutex Flor. Majo, Junio.

Hab. in paludosis turfaceis. (In paludosis *des rothen* et *des schwarzen Moores* copiose provenit.)

Fruticulus 2-3-pedalis, erectus *aut* magis minusve decumbens: *ramis* alternis teretibus laevibus. *Folia* petiolata, alterna, obovata, obtusa, firma, laete viridia, *subtus* glaucescentia, integerrima glaberrimaque. *Flores* terminales, pedunculati, conferti, subnutantes, albidi *aut* dilute carnei. *Baccae* maturae magnae, subrotundae, coeruleae, acidulae, dulcescentes, *calyce* coronatae.

Variat *calycibus* et *corollis* 5-fidis, *staminibusque* 10.

Vaccinium Vitis idaea. (*Fl. wirceb. I. p.* 417.)

(*Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart. VIII. t. 43.)

Perfrequens prope *Kleinsachsen*, in monte *Heidenstein* et in plurimis *Rhoenae* sylvis.

Flores plerumque 10-andros observavi, uti etiam *florem* 5-fidum.

Vaccinium Oxycoccos. (*Ibid. p.* 418.)

(*Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart. VIII. t. 44.)

Abundat *im rothen Moore*, et passim etiam crescit *im schwarzen Moore.* Praeterea in multis aliis *Rhoenae* locis paludosis non raro observatur. Etiam in sylva ad *Grofsenlangheim* reperitur.

Stellera Passerina. (*Ibid. p.* 421.)

Copiosa in agris versus *Zell* dextrorsum juxta *moenum*, et alibi.

bella terminalis, simplicissima, pauciflora: *floribus* pedunculatis erectis ex albido rubicundis.

DIGYNIA.

Gypsophila muralis. (*Flor. wirceb. p.* 446.)

Ad marginem sylvae ab oppido *Kitzingen* versus *Groſsenlangheim*, uti etiam ad vias prope *Waldaschach* et in arenosis *Rhoenae* magna copia crescit.

In multis exemplaribus ad *Groſsenlangheim* repertis flores 4-andros observavi.

Saponaria officinalis. (*Icid. p.* 447.)

Varietatem *floribus plenis* spotaneam *am Studentenbache* non procul *vom Schaecher* observavit *dil Fr. G. H.*

TRIGYNIA.

* *Silene stricta* petalis emarginatis, calycibus glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 699. *Ejusd.* Enum. hort. b. b. p. 476.)

S. Linacola. Wib. in lit.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris. (In *principatu werthemiensi* inter *Linum usitatissimum* primo eam detexit *ven. am. def. Wibel*, nec non etiam intra fines nostros.)

Caulis bipalmaris et altior, erectus, strictus, multiflorus, teres, laevis, scabriusculus, dichotomus: *ra-*

ramis elongatis. *Folia* opposita, bina, nonnunquam etiam terna, sessilia, lanceolata, integerrima, subviscida, erecto - patentia: *superiora* et *ramea* angustiora ac acutiora. *Flores* breviter pedunculati, terminales, erecti. *Calyces* pedunculos unifloros adaequantes, *aut* plerumque iis longiores, versus *basin* valde attenuati, *medio* ventricosi, *ore* contracto acuminato, coeterum glaberrimi, nervosi, nervis prominentibus laete viridibus, venisque viridibus reticulatim notati. *Petala* emarginata, calyce parum longiora, alba *aut* rubella. *Capsulae* maturae inflatae, ovatae, hinc inde sulcatae, aureae. *Semina* fusca.

Amicissim. Wibelius hanc propriam constituere speciem putavit, ideoque *Sil. Linaoolam* eam nuncupavit. Sed revera cum *S. stricta L.* una eademque est planta, quod imprimis etiam *Ill. Praes. de Schreb.* sententia plane confirmatur.

Specimina in solo natali lecta a planta in horto botanico culta nullo modo recedunr.

Silene Armeria. (*Flor. wirceb. I. p.* 457.)

Non solum in pluribus *Rhoenae* regionibus satis frequens est, sed etiam in campo supra *dem Hexenbruche* sponte crescit.

Arenaria rubra. (*Ibid. p.* 462.)

Non procul a *Salinis kissingensibus* et in agris arenosis circa *Grossenlangheim* satis frequens.

* *Arenaria marina* caulibus prostratis, foliis oppositis linearibus carnosis longitudine internodiorum, calycibus capsula (matura) dimidio brevioribus. (*Roth.*

(*Roth.* Fl. germ. I. p. 189. II. p. 482. *Willd.* Enum. hort. b. b. p. 480.)

A. rubra β marina. L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 722.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad salinas. (Circa *Salinas kissingenses* pluries eam legit *dil. Fr. G. H.*)

Ab antecedente differt: *caulibus* longioribus minus ramosis crassioribus glabris, *foliis* crassioribus semicylindricis linearibus carnosis longitudine *internodiorum* cum *pedunculis longioribus* et *calycibus* pubescenti-viscidis, *floribus* duplo majoribus, *calyce* majore, sed capsula dimidio breviore.

Certissime species peculiaris, et non *Aren. rubrae* varietas, a qua primo jam intuitu distinquitur. Culta etiam faciem non mutat.

PENTAGYNIA.

Sedum villosum. (*Flor. wirceb. p.* 467.)

In *sylva waldbergensi* versus *montem st. crucis*, et in aliis *Rhoenae* regionibus uliginosis copiosissime provenit.

---

* *Cerastium ovale* subviscoso-hirsutum, caule basi ramosissimo, foliis caulinis ovalibus majoribus, floribus glomeratis.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 521.)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in agris. (In campis et ad margines agrorum prope *Grofsenlangheim* haud rarum.)

Cau-

DODECANDRIA

MONOGYNIA

TRIGYNIA.

Euphorbia exigua. (*Flor. wirceb. I. p.* 487.)

Variat *caule* altiori basi ramosissimo, et *foliis* angustioribus acutis. (*E. acuta.*)

Crescit haec varietas prope *Grofsenlangheim, Kitzingen, Abb. Heidenfeld* et alibi sporadice cum planta materna.

* *Euphorbia angulata* umbella 5-fida: 2-fida, involucellis ovatis, caule striato-angulato.

(*Jacq.* ic. pl. rar. t. 481.)

Peren. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad vias. (Ad viam vectariam versus *dem Schwabenberg* detecta est ab *amicissim. D. Nees*).

Caulis palmaris, erectus, sulcatus. *Folia* alterna, lanceolata, obtusa, denticulata, *subtus* pilis sparsis praedita. *Involucella* rhombeo-ovata, denticulata. *Capsulae* glabrae, verrucosae.

Euphorbia verrucosa. (*Ibid. p.* 487.)

Haec in provincia nostra minime rara et ubique e. gr. circa *Wirceburgum*, alibique non parva copia crescit.

Capsulis maturis verrucosis facillime dignoscitur, quae antea laeves sunt, et ita facile decipiunt.

ICO-

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Philadelphus coronarius. (*Flor. wirceb. I. p.* 498.

Frutex omnino spontaneus. Non solum enim in hortis *aut* ad eorum sepes, sed et in incultis sterilibus sponte crescit, e. gr. in parte septentrionali *des Hexenbruches*, alibique.

PENTAGYNIA.

Mespilus Cotoneaster. (*Ibid. p.* 508.)

Praeter loca indicata etiam prope *Zell* et in sterilioribus *sylvae guttenbergicae* non raro provenit.

---

* ***Pyrus Aria*** foliis subrotundo-ovatis inciso-dentatis subtus albido-tomentosis, floribus corymbosis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 527. *Crantz.* Flor. austr. fasc. I. t. 2. f. 2. *Guimp.* Abbild. deutsch. Holzart XIV. t. 79.)

Arbor. Flor. Majo, Junio.

Hab. in montosis, in sylvis. (In monte *st. crucis* et in plurimis regionibus *Rhoenae* montosis sylvaticis vulgo crescit. Copiose etiam pone *Karlstadt*, in sylvis *Gramschatz*, *Guttenberg*, et alibi.)

Arbor mediocris aut *frutex* ad arboris altitudinem accedens: *cortice* e bruneo albido. *Rami juniores* tomentosi. *Folia* alterna, petiolata, ovata, inciso-serata,

rata, plana, *supra* glabra viridia, *subtus* tomentoso-alba. *Corymbi* terminales, tomentosi, multiflori. *Petala* alba. *Pomum maturum* rubrum, parvum, farinosum, molle, dulcescens.

* *Pyrus intermedia* foliis ovato-lanceolatis inciso-lobatis dentatis subtus niveo-tomentosis, floribus corymbosis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. l. c.)

Arbor. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvis et ad earum margines. (In via versus *Gramschatz* dextrorsum non procul a *sylva gramschatziensi*, ad margines hinc inde raro ejusdem sylvae. Passim etiam occurrit in montibus *st. crucis* et *Milzeburg am steinernen Hause.*)

Arbor praecedente altior atque fortior, *cortice* badio obducta. *Rami* alterni: *cortice* fusco maculis majusculis albidis adsperso. *Folia* majora atque firmiora, *supra* viridia splendentia, *subtus* tomento niveo versus autumnum evanescente vestita, ovato-lanceolata, incisa, dentata, lobata: *lobis* acuminatis. *Corymbi* prioris, sed non tam multiflori. *Fructus* minores, maturitate rubri.

Spiraea Aruncus. ((*Flor. wirceb. p.* 512.)

In caeduis *sylvae zellensis* versus viam non raro. Copiose in sylva prope *Massenbach. D. G.*

Planta mascula *panicula* gaudet speciosiori, *floribusque* majoribus. In foeminea planta *panicula* minor et *flores* duplo minores.

Spi-

Spiraea Filipendula. (*Fl. wirceb. p.* 512.)
Non rara in pratis *am Schwabenberg.*
Eximia in hortis existit varietas *floribus* plenis.

POLYGYNIA.

* *Rosa gallica* germinibus subglobosis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis, petalis flaccidis.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 406. *Herb. Blackw.* t. 82.)

Frutex Junio florens.

Hab. in hortis, ad eorum sepes, ad vineas. (Ad vineas circa *Sickershaussen* et ad marginem *sylvulae mainbernhemiensis.*)

Frutex 1-4-pedalis, erectus, ramosissimus, *inferne* aculeis rarioribus, *superne* plurimis ae dense congestis obsessus. *Foliola* ovata, serrata, subtus pallidiora. *Pedunculi* hispidi. *Flores* magni, plerumque purpurascentes.

Plurimae ejus in hortis *varietates* existunt.

* *Rosa mollissima* germinibus subglobosis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis, foliolis utrinque villoso-sericeis mollissimis.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 409.)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sepibus. (Ad sepes prope *Lengfurth* et *Triefenstein* passim inventa a *celeberr. Wibel.*)

Frutex 4-6-pedalis: *aculeis* sparsis, rectis. *Foliola* 5 aut 7, ovali-oblonga, acute duplicato-serrata, utrin-

utrinque mollissime villoso-sericea. *Petala* obcordata, pallide rosea. *Fructus maturus* glaber, splendens, phoeniceo-purpurascens.

Cum *Rosa villosa* (*Flor. wirceb. I. p.* 517.) plerumque confunditur.

* *Rosa agrestis* germinibus subglobosis pedunculisque hispidulis, foliolis rotundis obtusis aequaliter dentatis subtus venosis albide tomentosis, caule aculeolis raris rectis, floribus solitariis.

(*Gmel.* Fl. bad. p. 416.)

Fruticulus Junio et Julio florens.

Hab. ad vias, in agris. (Inter *Lengfurth* et *Heidenfeld* non procul a via, quae ducit juxta montem, ad marginem sylvae et in agris vicinis plura legi anno praeterlapso specimina.)

Truncus pedalis *aut* sesquipedalis, erectus, parum ramosus, *inferne* praecipue cum *ramis* inermis, *superne* vero aculeolis raris obsessus. *Foliola* plerumque 5, *supra* glabra laete viridia, *subtus* dense albido-tomentosa. *Petala* obcordata, speciosa, nivea. *Fructus* maturitate fuscus.

* *Rosa corymbifera* germinibus subovatis glabris, floribus corymbosis, pedunculis glabris, petiolis subtomentosis aculeatis, foliolis utrinque pilosulis, caule aculeato.

(*Gmel.* Flor. bad. p. 424.)

Frutex. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in apricis saxosis. (In locis apricis des *Hexenbruches* pluries eam legit *dil. Fr. G. H.*)

Fru-

Frutex 6 - 9 - pedalis, *aculeis* curvatis vestitus. *Foliola* 5 *aut* 7, ovalia, obtusa, utrinque saturate viridia, pilis minimis hirsuta. *Petioli* magis minusve tomentosi. *Flores* terminales, corymbosi. *Petala* lata, speciosa, colore fere amaranthino.

Flores ut plurimum semipleni.

---

* *Rubus tomentosus* foliis ternatis: foliolis obovatis acutis inaequaliter serratis utrinque tomentosis, lateralibus subincisis, caule, petiolis, pedunculisque aculeatis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 548. *Borkh.* in Roem. neu. botan. Magaz. St. I. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 237.)

R. argenteus. Gmel. Fl. bad. II. p. 434.

Frutex. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in asperis lapidosis, in montosis. (Inter ruinas arcis *Reichelsperg* et non procul ab iis passim crescit. Provenit etiam prope *Triefenstein*, *Kitzingen*, *Hofheim* et alibi.)

Frutex 2 - 4 - pedalis, erectiusculus, aculeis sparsis uncinatis obsessus. *Folia* alterna, petiolata, ternata: *foliolis* utrinque tomentosis mollibus. *Flores* terminales, paniculati. *Laciniae calycinae* reflexae, tomentosae. *Petala* obovata, alba, calyce duplo longiora. *Baccae maturae* nigrae, splendentes, parvae, succulentae, acidulae.

* *Rubus glandulosus* foliis ternatis, foliolis subrotundo - ovatis acuminatis mucronato - serratis, caule,

caule, petiolis, pedunculis calycibusque aculeatis et glanduloso-hispidis.

(*Willd.* Enum. plant. hort. b. b. p. 548.)

Frutex Flor. Jun. Julio.

Hab. in siccis, ad vias. (Prope *Mainstockheim* et versus *Dürrbach* hinc inde.)

Frutex 4-5-pedalis, erectus *aut* subdecumbens. *Rami* angulati, aculeati, setosi, *juniores* densius setosi glandulis pedicellatis sparsis. *Folia* ternata. *Foliola* basi rotundata, inaequaliter argute serrata, glabra, subtus ad nervos pilosula, costa intermedia aculeolata: *lateralia* brevissima, *terminale* longius pedicellatum. *Petioli* aculeati, dense setosi, pilisque glanduliferis obsiti. *Flores* corymbosi, albi. *Calyces* setosi, glanduloso-hispidi. *Fructus* maturi nigri, succulenti, aciduli.

* *Rubus corylifolius* foliis subquinatis subtus pilosis, lateralibus sessilibus, aculeis rectiusculis, calycibus fructus inflexis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 550. *Smith.* Flor. brit. II. p. 542.)

Frutex Junio et Julio florens.

Hab. in humidiusculis, ad sepes. (Ad *moeni* littora infra *Triefenstein* passim. *Wib.* Copiosius in humidiusculis circa *Sickershaussen.*)

Frutex 5-6-pedalis: *caulibus* repentibus teretiusculis aculeatis rubris fragilibus. *Rami* sulcati aculeis uncinatis compressis dense obsessi. *Folia* quinata ternataque: *foliolis* subrotundo-ovatis acuminatis dupli-

duplicato serratis *supra* obscure viridibus glabris *aut* obsolete pilosis, *subtus* laete viridibus ad nervos pubescentibus. *Petioli* subpilosi, aculeati. *Flores* paniculati. *Calyces* villosi, patentes: *fructiferi* inflexi. *Petala* obovata, alba. *Fructus* atrorubens, succulentus, dulcescens, sapore pergrato.

Rubus saxatilis. (*Flor. wirceb. I. p.* 523.)

Abundat in sylvaticis *montis st. crucis*, inque aliis *Rhoenae* sylvis montanis. Non raro etiam in *sylva gramschatziensi* observatur.

Potentilla supina. (*Ibid. p.* 527.)

Ad plantas minime raras pertinet, provenit enim fere ubique, e. gr. ante portam *Pleichach*, in via versus *Randesacker*, inque multis adhuc aliis locis non raro.

* *Potentilla rupestris* foliis lyrato-pinnatis septenatis quinatis ternatisque, foliolis ovatis serratis pilosis, caule ercto.

(*Jacq.* Flor. austr. t, 114.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. (In monte *Schwabenberg* versus *Iphofen.*)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, teres, pubescens, *superne* ramosus ac rubellus. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* pinnata, *media* et *superiora* quinata, *ramea* ternata. *Stipulae* lanceolatae, denticulatae. *Flores* terminales, pedunculati. *Petala* obovata, integra, plana, alba, *calycem* vix superantia.

* *Pa-*

* *Potentilla subacaulis* foliis ternatis quinatisque oblongis cuneatis dentatis utrinque tomentosis sericeo-incanis, scapis decumbentibus, petalis emarginatis.

(*Hoffm.* Fl. germ. ed. 1800. I. p. 234. *Jacq.* ic. pl. rar. t. 491.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in aridis, in sterilibus. (In campo sterili versus *Veitshoechheim* sinistrorsum versus *moenum* passim. Crescit etiam in sterilibus aridis prope *Randesacker*, *Theilheim* et *Thüngen.*)

Caules digitales *aut* palmares, decumbentes, teretes, pubescentes, simplices, aphylli. *Folia* pleraque ternata, quinata: *foliolis* oblongis cuneatis subcoriaceis dentatis utrinque tomento sericeo albido dense vestita. *Stipulae* lato-ovatae, pilosae. *Petala* plana, emarginata, flava.

Similis *Potentillae incanae*, (*G. M. Sch.* Fl. der Wetter. II. p. 248.) sed *folia* nusquam obovata.

Potentilla opaca. (*Fl. wirceb. I. p.* 530.)
In locis sterilibus apricis ubique fere provenit.

* *Potentilla aurea* foliis radicalibus quinatis obovatis serratis pilosis, caulinis ternatis, caule declinato.

(*Hoffm.* Fl. germ. I. p. 235. *Sturm.* Deutschl. Flor. I. 17.)

Perenn. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in montosis. (In *monte st. crucis* reperta est a *D. D. Schneider fuldens.*)

Ro-

Potentillae vernae non absimilis, a qua vero facillime distinquitur: *caulibus* adscendentibus, *foliolis* cuneiformibus apice tantum dentibus 3-4 instructis et *pilis* ad eorum margines et costam mediam arcte adpressis nitidis sericeis.

Petala obcordata, e luteo aurantiaca, calyce majora.

Potentilla alba. (*Flor. wirceb. p.* 531.)

In sylvaticis versus *Eivelstadt* satis frequens, nec non etiam circa *Schweinfurt. D. W.*)

Tempestate favente sero autumno altera vice saepe floret.

---

* *Geum montanum* caule 1-floro, aristis rectis villosis, foliis pinnatis pilosis, foliolo extimo maximo subrotundo, inferioribus sensim minoribus.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 558. *Jacq.* Fl. austr. t. 373. *Sturm.* D. Flor. I. 14.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in montosis. (In montosis non procul a pago *Simmerichhausen* passim inveniendum.)

Caulis digitalis et altior, erectus, simplex, teres, hirsutus. *Foliola* sessilia, subopposita, subrotunda, inciso-crenata, utrinque hirsuta. *Stipulae* ovato-subrotundae, integrae, hirsutae. *Flos* terminalis, solitarius, speciosus. *Petala* subrotunda, obtusa, parum emarginata, patentia, lutea, calyce longiora.

Comarum palustre. (*Flor. wirceb. p.* 535.)

In uliginosis *Rhoenae* fere ubique. Copiosissime in *sylva waldbrunnensi* sociatim cum *Cicuta virosa.*

POLYANDRIA.

POLYGYNIA.

Hepatica nobilis. (*Flor. wirceb. I. p.* 558.)

Frequens in *sylvula mainbernhemiensi.* Copiosissime prope introitum sylvae ad montem *Schwabenberg.*

---

* *Adonis vernalis* petalis lanceolatis ad apicem denticulatis duodenis sexdenis, fructu ovato.

(*Schkuhr.* bot. Handb. t. 152. *Herb. Blackw.* t. 504.)

Perenn. Flor. Aprili, Majo.

Hab. in collinis apricis. (In apricis sterilibus in vicinia pagi *Rimpar* dextrorsum versus viam plublicam raro. Passim etiam prope *Schweinfurt. D. W.*)

Caules plures, palmares, erecti, parum ramosi, teretes, glabri, striati. *Folia* alterna, multifida: *foliolis* angustissimis lineari-setaceis glabris laete viridibus. *Pedunculus* terminalis, brevis, solitarius, uniflorus. *Phylla* 5 concava, ovalia, obtusa, villosa, striata, corolla multo breviora. *Petala* plerumque 12, lanceolata, lineata, patentissima, sulphurea.

Egregium hortorum ornamentum.

Ra

Ranunculus Linqua. (*Flor. wirccb. p.* 571.)

Ad fossas in prato humido sylvatico *foresti kitzingensis* copiose.

* *Ranunculus hirsutus* foliis ternatis, superioribus trifidis linearibus, caule erecto multifloro hirsuto, calycibus acuminatis demum retroflexis, radice fibrosa.

(*Spreng.* Flor. hal. p. 160.)

R. Philonotis. Ehrh. Beitr. B. 2. p. 145.

Ann. Flor. aestate.

Hab. in agris, in pratis. (Passim in agris prope *Sickershaufsen.*)

Caulis pedalis et altior, erectus, hirsutus, ramosus. *Folia* pallide viridia, hirsuta, *radicalia* petiolata profunde 3-loba: *lobis* inciso-serratis, *caulina* subsessilia vagina membranacea ciliata. *Flores* terminales: *pedunculis* erectis 1-floris sulcatis hirsutis. *Calyces* acuminati, hispidi, demum retroflexi. *Petala* splendentia, lutea, versus basin pallidiora. *Fructus* globosus, *seminibus* compressis acuminatis.

Omnes plantae partes, et imprimis *germina* acerrima, urentia.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* *Mentha crispa* spicis capitatis interruptis, foliis ovatis cordatis cuspidato-serratis undulatis subsessilibus glabriusculis, calycibus basi glabris.

(*Willd.* Enum. h. b. b. p. 610. *Pers.* syn. pl. II. p. 119.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in humidis, ad vias. (Ad vias inter hortos et pone castellum *Marienburg* versus *Hoechberg.* In Insula *Moeni* prope *dem Siechhausse.*)

Caules 1-2-pedales, erecti, tetragoni, pilosi, subramosi. *Folia* opposita, brevissime petiolata, ovato-*aut* cordato-subrotunda, inciso-dentata, undulata, rugosa, crispata, glabriuscula. *Flores* pallide rubelli in spicas densas capitatas remotas congesti. *Bracteae* lanceolatae: *inferiores* laciniatae. *Calyces* hirsuti, *basi* glabri. *Stamina* longitudine corollae.

Herba aromatica, fragrans.

* *Mentha riparia* spicis capitatis, foliis ovato-oblongis serratis petiolatis glabriusculis, pedicellis retrorsum hispidis, calycibus striatis pubescentibus, staminibus corolla brevioribus.

(*Schreb.* in Flor. erlang. ed. *Schweigg.* et *Kört.* II. p. 6.)

Pe-

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis. (In nemorosis humidis circa *Grofsenlangheim* passim.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, pilosus, *superne* ramosus. *Folia* opposita, petiolata, margine et ad nervos subtus pilosiuscula, coeterum glabra, crenata, obtusa: *summa* acuta. *Spicae* capitatae, multiflorae *Corollae* et *calyces* uti in *M. aquatica.* (*Flor. wirceb. II. p.* 23.) *Stamina* corolla constanter breviora.

* *Mentha Numularia* floribus verticillatis, foliis infimis subrotundis subintegerrimis minoribus, superioribus ovato-lanceolatis serratis glabriusculis, staminibus corolla longioribus.

(*Schreb.* in Flor. erl. ed. *Schw.* et *Kört.* II. p. 7.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis. (Ad fossas et in humidis *sylvulae mainbernhemiensis.*)

Caulis pedalis et altior, *basi* decumbens, *dunc* erectus, pilosulus, magis minusve ramosus. *Folia* opposita, breviter petiolata, glabra: *inferiora* subrotundo-ovata subintegerrima, *caulina media* latiora ovato-lanceolata a medio ad apicem aequaliter obtuse nec profunde serrata, *superiora* sensim minora. *Petioli* villosiusculi. *Verticilli* multiflori, densi, petiolis non longiores. *Pedicelli* glabri. *Bracteae* lanceolatae, acuminatae, hirsutae. *Calyces* hirsuti. *Corollae* majusculae, glabrae, violaceae. *Stamina* corolla duplo longiora.

Planta nostra cum alia, quam *Ill. Gmelinus* (Flor. bad. II. p. 604.) sub *Mentha badensi* optime

descr.

describit, ita convenit, ut, unam eandemque cum hac esse non amplius dubitem.

Plures praeterea adhuc aliae hujus generis plantae in regionibus nostris proveniunt, et quidem maxime dubiosae. Notis nimirum instructae sunt minus constantibus, aut ita inter se confluunt, ut minime facile explorare possis, an sint species revera distinctae aut varietates mutabiles. Hinc avide exspectamus *Ill. D. Nees ab Esenbeck*, plantarum acutissimi indagatoris, *Mentharum* monographiam, qua dubia profecto dissipabuntur.

Betonica officinalis. (*Flor. wirceb. II. p.* 35.)

Plantae hujus in provincia nostra vulgatissimae varietatem: *corollis niveis* in sylva kistensi invenire potes.

Thymus Serpyllum. (*Ibid. p.* 46.)

Varietas *corollis albis* in monte *Holzberg* prope *Bischofsheim* et in multis aliis *Rhoenae* regionibus persaepe occurrit.

Dracocephalum Ruyschyana. (*Ibid. p.* 48.)

Crescit quoque rara haec planta in *foresto grossenlanghemiensi.*

---

* *Prunella laciniata* foliis imis ovato-oblongis petiolatis, supremis 4 lanceolatis semipinnatis.

(*Jacq.* Flor. austr. t. 378.)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in apricis. (Prope *Schweinfurt. D. W.*)

Caules digitales, adscendentes, parum ramosi, pilis incanis instructi. *Folia* pilosa: *inferiora* ovata indivisa, *superiora* laciniata: *laciniis* linearibus. *Spica* terminalis, brevis. *Corollae* parvulae, pallide lutescentes.

Variat subinde *foliis omnibus* laciniatis.

Non confundenda cum varietate *Prun. grandiflorae* laciniata.

ANGIOSPERMIA.

Lathraea.

Cal. 4-fidus. *Glandula* ad basin germinis. *Caps.* 1-locularis receptaculo fungoso.

* *L. squamaria* caule simplicissimo, floribus pendulis.

(*Schkuhr.* bot. Handb. t. 170. *Oeder* Fl. dan. t. 136. *Herb. Blackw.* t. 430.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in nemorosis umbrosis ad arborum radices. (Hinc inde in media sylva montis *Schwabenberg.*)

Radix ramosa, albida, carnosa: *squamis* imbricatis. *Scapi* digitales et altiores, erecti, simplices, teretes,

car-

carnosi, fusco-rubelli *aut* albidi, aphylli. *Flores* pedunculati nutantes, in *spicam secundam* congesti. *Corollae* succulentae, dilute purpurascentes: *labio superiori* 2-fido, *inferiori* albido 3-fido.

Pedicularis sylvatica. (*Flor. wirceb. p.* 61.)

Frequens ad lacum in monte *Schwabenberg* et in udis prope *Karlstadt.*

Variat *corollis totis* albis.

---

* *Linaria spuria* foliis ovato-subrotundis alternis, caule procumbente.

(*Oeder.* Flor. dan. t. 913. *Antirrhin. spur.*)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in agris. (In agris versus *Zell* ad littora *moeni* dextra, prope *Hoechberg*, et in agris juxta *sylvulam mainbernhemiensem*, alibique non rara.)

Caules palmares et longiores, procumbentes, teretes, pilosi, ramosi. *Folia* petiolata, alterna, ovato-subrotunda, integra, utrinque pilosa. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, foliis longiores. *Corollae* parvae, lutescentes: *galea* violacea et *calcari* acuto corolla breviore.

---

* *Antirrhinum Cymbalaria* foliis cordatis 5-lobis alternis glabris, caulibus procumbentibus.

(*Hoffm.* Flor. germ. II. p. 25.)

Ann.

[illegible] Flor. [illegible]

[illegible] [illegible] arcis *[illegible]* [illegible] ad viam [illegible] *[illegible]* [illegible]

Caules [illegible] radicantes. [illegible] *Folia* alterna [illegible] subtus [illegible]. [illegible] solitarii [illegible]. [illegible]

[illegible] *corollis* [illegible].

Digitalis purpurea. Flor. [illegible]

Etiam intra *[illegible]* spontaneam [illegible] *dil* Fr. [illegible]

? *Digitalis lutea* [illegible] corollis acutis: labio superiori [illegible].

Willd. Enum. pl. hort. [illegible] 646. [illegible] mart. [illegible]

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. [illegible] specimina aliquot legerit *[illegible]*.

Caulis 2-pedalis et ultra [illegible] angulosus, simplex, glaber. [illegible] oblongo-lanceolata, [illegible] longus, multiflorus. [illegible] *calicis* mutantibus [illegible] praecedente.

Planta, uti prior, acris, venenata.

Orobanche coerulea. (*Flor. wirceb. p.* 73.)

Plura in agro inter *Trifolium pratense* ad *Mainstockheim* collecta specimina accepit *Ill. D. Nees.* Crescit etiam, sed perraro, in *moeni insula inferiori* prope *dem Siechhaufse.*

* *Orobanche caryophyllacea* caule simplici, calycis foliolis 2-partitis, corolla tubulosa, labii inferioris laciniis obtusis, limbo fimbriato-crispo, staminibus intus hirsutis, stylo glabriusculo.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 175.)

Perenn. Flor. Junio, Julio.

Hab. in sylvaticis siccis. (In arenosis sylvae ad *Sickershaussen*, quae dicitur *die Tanne*, nec non in sylvula inter *Sickershaussen* et *Marktsteft* satis frequens.)

Ab *Orob. majori* simili praecipue differt: *corollae* labii inferioris *laciniis tribus* obtusis et magis fimbriatis ac crispis, *germine* glabro, quod superne pubescens in *Or. majori*, *stylo* minus pubescente, *filamentis* basi intus valde villosis, quae glabra in *O. majori*, *stigmate* fusco *vel* purpureo, nec flavo ut in *O. majori.* (*Smith.*)

TE-

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

Subularia.

Silicula integra ovata: *valvulis* ovatis concavis, dissepimento contrariis. *Stylus* silicula brevior.

* *S. aquatica* acaulis, foliis subulatis.

(*Sturm.* Deutschl. Flor. I. 9.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in inudatis. (In *insula* moeni versus *dem Siechhausse*, et ad littora ejusdem fluminis infra *Gemünden*, prope *Hassfurth* et alibi.)

Plantula semi- *aut* uncialis: *radice* fibrosa alba et *foliis* subulatis glabris. *Flores* albi, exigui: *pedunculis* radicatis erectis nudis 2-3-floris folia superantibus.

Lunaria.

Silicula integra, elliptica, compresso-plana, pedicellata: *valvis* dissepimento aequalibus parallelis planis. *Calyx* foliolis saccatis.

* *L. rediviva* foliis mucronato-dentatis, siliculis oblongis utrinque attenuatis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 674.)

Perenn. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvaticis. (In sylva *Kohl* prope *Oberelzbach* eam invenit *dil. Fr. G. H.* et in monte *Auersberg Ill. D. Custer.*)

Cau-

Caulis sesqui- *aut* 2-pedalis, erectus, ramosus. *Folia* petiolata, alterna, cordata, acuminata, inciso-dentata, utrinque scabra. *Flores* pedunculati, dilute violacei, odorati, in *racemos* terminales laxos aphyllos dispositi.

Merito *Ill. Gmelin.* (*Flor. bad. II. p.* 48.) secundum vitae durationem hanc *L. perennem* et L. annuam *biennem* nuncupat.

SILIQUOSA.

Dentaria bulbifera. (*Flor. wirceb. II. p.* 96.)

In humidis *montis st. crucis*, et in omnibus fere montibus sylvaticis *Rhoenae* sporadice crescit.

Cardamine impatiens. (*Ibid. p.* 97.)

In monte rhoenano *Milzeburg*, et in sylvaticis circa *Grossenlangheim* haud rara.

Variat *staminibus* 4.

---

* *Sisymbrium murale* subacaule, foliis lanceolatis sinuato-serratis laeviusculis, scapis subscabris adscendentibus.

(*Hoffm.* Flor. germ. II. p. 49.)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arenosis, in muris. (In lapidosis et arenosis *Insulae inferioris*, prope *Kitzingen*, et ad muros infimos *des oberen Kalmuts* frequens. *Wib.*)

Caulis a digitali altitudine ad palmarem et pedalem nonnunquam accedens, erectus *aut* basin versus de-

decumbens, teres, striatus, pilis raris adspersus, subscaber, supra basin ramosus atque foliosus. *Folia* in petiolum longum decurrentia, lanceolata, obtusa, pinnatifida *aut* sinuato-dentata, *segmentis* obtusis integris *aut* dentatis, *supra* laete viridia glabra, *subtus* pilis raris adspersa: *radicalia* cespidem formantia, *caulina* alterna. *Racemi* terminales, simplices, longi, laxi: *floribus* alternis pedunculatis. *Calyx* erecto-patens, pilosiusculus, longitudine unqium petalorum. *Petala* calyce duplo longiora, obtusa, citrina, *demum* albida. *Siliquae* patentes, glabrae, compressiusculae.

Caules *primo* plerumque omnino decumbentes, *dein* adscendentes. Hinc planta intuitu primo acaulis esse videtur.

Inter *folia radicalia* etiam pauca aliquot lato-ovata subdentata saepe reperiuntur.

Affine *Sisymbrio Erucastro.* (*Pollich.* palat. n. 628.)

* *Sisymbrium brevicaule* caulibus diffusis, foliis sinuato-runcinatis glabris, siliquis erectis obtuse tetragonis subcompressis linearibus.

(*Wib.* Fl. werth. p. 348.)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arenosis. (In agris arenosis inter *Kitzingen* et *Sickershaussen*, nec non versus *Grossenlangheim*, alibique copiose).

Caules aut potius *Scapi* plures, altitudine varii, 1-2-digitales *aut* 2-lineares, diffusi, aphylli, pilis raris adspersi, coeterum glabri, subteretes. *Folia* in

ces-

cespitem congesta, in petiolum decurrentia, sinuato-runcinata, *segmentis* et *apicibus* obtusis integris, subcarnosa, glabra, obscure viridia. *Racemi* longitudine caulium *aut* eos superantes, laxi, flexuosi. *Calyces* glabri, subpatentes. *Petala* calyce sublongiora, integerrima, pallide lutea. *Siliquae* erecto-patentes.

Sine dubio haec et antecedens rectificatione quadam adhuc indigent. Hanc saltem faciem praebent specimina ab *amicissim. def. Wibelio* in locis natalibus collecta mihique communicata, quae cum nostris omnino conveniunt. Earum cultura denuo nos informabit.

Sisymbrium strictissimum. (*Flor. wirceb. p.* 105.)

In aliis porro regionibus et quidem non adeo raro crescit, e. gr. in sylva ad *Hassloch*, prope *Schweinfurt*, alibique.

Variat raro *foliis* subintegris.

---

* *Turritis stricta.*

Hanc quoque plantam in provincia nostra et quidem prope *Schweinfurt* habitare, me certiorem fecit *celeberr. D. Wolff.* Deficiente vero spontaneae specimine, speciei differentiam aeque ac descriptionem ommisi.

DIA-

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

Polygala amara. (*Flor. wirceb. II. p.* 144.)

Variationem *floribus albis* in prato prope *Obervolkach* observavi.

DECANDRIA.

Ononis spinosa. (*Flor. wirceb. p.* 149.)

Variatio *floribus albis* circa *Hohfeld* obvia.

Lathyrus Aphaca. (*Ibid. p.* 156.)

Ad marginem agri prope montem *Schwabenberg*, inque agris inter *Roedelsee* et dictum montem non adeo rara.

Lathyrus palustris. (*Ibid. p.* 159.)

In nemorosis prope *Schweinfurt* passim occurrit. *D. W.*

* *Lathyrus latifolius* (*β angustifol.*) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovali-oblongis mucronulatis, internodiis membranaceis.

Peren. Flor. Junio, Julio.

Hab. in sylvis. (In *foresto grossenlanghemiensi*, inque *sylva gramschatziensi* et alibi non infrequens.)

Planta nostra citata revera est *Lathyri latifolii* varietas *angustifolia*, quam *celeb. Rothius*

(Flor.

(*Flor. germ. II. B. p.* 178.) optime describit. Ea transitum quasi peragit ad *Lathyro sylvestri* ad *L. latifolium.*

Caules 3-4-6-pedales, debiles, procumbentes *aut* cirrhis scandentes, glaberrimi, ramosi, *alis* 2 *foliaceis* oppositis praediti. *Foliola* bina, ovali-oblonga, obtusata, integra, glabra, *mucrone brevi* terminata. *Stipulae* lanceolato-lineares. *Pedunculi* alares, folio longiores: *floribus* 2-3-4-6 pedicellatis coeruleo-purpureis.

Flores nonnunquam pedunculati solitarii ex axillis supremis proveniunt.

Varietas *corollis albis* in *foresto* ad *Grossenlangheim* invenienda.

Vicia lathyroides. (*Flor. wirceb. p.* 165.)

Reperitur etiam *in der Tanne* prope *Sickershaussen. D. N.*

* *Vicia dumetorum* pedunculis multifloris, foliolis ovatis mucronulatis reflexis, stipulis lanceolatis reflexis.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 204. t. 7. *Sturm.* D. Flor. I. 31.)

Perenn. Flor. *Jun. Julio.*

Hab. in nemorosis. (In sylvula *Erlach* inter *Sickershaussen* et *Grossenlangheim.* In nemorosis *der Fundgrube* ibidem atque in sylva ad *Mainbernheim* passim.)

Simillima *Viciae pisiformi,* (*Flor. wirceb. II.* p. 160.) a qua differt: *caulibus* crassioribus et longioribus alato-membranaceis, *foliolis* 2 *infimis* non sessilibus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Parum. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] *Borgram.* [illegible]

[illegible] multum facilius [illegible] *Crassa*, à qua differt: *radice* annua, [illegible]

lioribus atque foliis, stipulis, pedunculis, cirrhis, calycibusque villosissimis, *stipulis* triplo latioribus nervosis utrinque dentatis, *foliolis* remotioribus, *floribus* majoribus purpureo-violaceis et *leguminibus* latioribus ac longioribus.

Colutea.

Cal. 5-fidus. *Stylus* deorsum barbatus. *Legumen* inflatum, basi superiore dehiscens.

* *C. arborescens* foliolis obovatis retusis, pedunculis sub-6-floris, leguminibus apice clausis.

(*Schmidt.* oester. Baumz. t. 117.)

Frutex. Flor. Majo, Junio.

Hab. ad vias. (Circa *Wirceburgum* ad ambulacra quasi sponte. Praeterea per multos jam annos prope *der Wasenmeisterei* spontanea.)

Frutex 5-8-pedalis, erectus, ramosus. *Folia* petiolata, alterna, impari-pinnata: *foliolis* obcordatis integris emarginatis. *Stipulae* membranaceae, lanceolatae. *Racemi* laterales, nutantes, longitudine fere foliorum: *floribus* 4-6-8 luteis. *Legumen* maximum, vesicae adinstar inflatum, glaberrimum.

Coronilla coronata. (*Flor. wirceb. p.* 170.)

Planta in sylva ad *Veitshoechheim*, inque locis apricis vicinis non rara.

Variat *umbellis* dimidiatis.

Astra-

TABELLARIA.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] neues Journ. [illegible]

5*

Trifolium ochroleucum. (*Flor. wirceb. II. p.* 183.)

Crescit non raro in sylvaticis siccis inter *Kleinochsenfurt* et *lacus erlaocenses*, prope *Grofsenlangheim*, in sylva *Erlach* et alibi.

* *Trifolium pseudo-procumbens* spicis ovali-oblongis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus villosiusculis, stipulis ovatis latissimis ciliatis, foliolis omnibus pedicellatis obovatis.

(*Gmel.* Flor. bad. III. p. 240.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in agris, in vineis.

Planta hucusque neglecta peculiarem profecto constituit speciem ab *Ill. Gmelino* (*Vid.* *Flor. bad. l. c.*) primo distinctam. Inter *Trifolium agrarium* et *Trif. procumbens* medium omnino tenet, ideoque etiam mox cum hoc, mox cum illo commutabatur. Notis supra allatis ab ambobus constanter recedit, et culta quoque faciem non mutat.

Flores croceo-lutei.

Lotus siliquosus. (*Flor. wirceb. p.* 191.)

Abundat in pratis omnibus circa *Sickershaussen*, prope *Grofsenlangheim*, in sylva *Erlach* et alibi.

Variat *caulibus* atque *foliolis* glaberrimis.

Medicago minima. (*Ibid. p.* 196.)

Passim etiam ad margines agrorum et pratorum versus *Himmelspforten* obvia.

PO-

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

Hypericum quadrangulare. (*Flor. wirceb. II. p.* 198.)

Hab. ubique et copiose in locis paludosis *Rhoenae.*

Hypericum dubium. (*Ibid. p.* 199.)

In sylvis ad *Hoechberg* et *Gramschatz* non rarum. Frequens quoque in udis supra *Waldberg* et in palude *schwarzes Moor.*

Hypericum humifusum. (*Ibid. p.* 201.)

In sylvaticis inter *Bremig* et *Aschach*, in agris subhumidis prope *Bremig*, *Waldberg* et alibi satis frequens.

Hypericum pulchrum. (*Ibid. p.* 203.)

Copiosum in *sylva hoechbergiensi*, in nemorosis apud *Hafsloch*, in sylva inter *Bischofsheim* et *Bremig*, in *montis st. crucis* latere orientali, alibique.

SYN-

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

Tragopogon major. (*Flor. wirceb. II. p.* 216.)

Hab. etiam in vineis, inque collibus apricis prope *Sickershaussen.*

Scorzonera humilis. (*Ibid. p.* 217.)

Frequens in prato *am Altfeldhof* prope *Abb. Heidenfeld.* Porro in pratis ad pedes montis *Schwabenberg* pone *Roedelsee*, prope *Schweinfurt* et alibi.

Variat *foliis* lineari-lanceolatis multo angustioribus.

Scorzonera hispanica. (*Ibid. p.* 218.)

Spontanea circa *Schweinfurt.* *D. W.*

---

* *Sonchus palustris* pedunculis calycibusque glanduloso-hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi sagittatis denticulato-spinulosis.

(*Oed.* Fl. dan. t. 1109.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in humidis. (Satis frequens in sylvula *Erlach.* Etiam in *fossa oppidana* inter *dem neuen* et *pleichacher Thore* specimina plura cum fratribus meis observavi.)

Radix ramosa, non repens. *Caulis* 6-8-et 10-pedalis, erectus, teres, fistulosus, subsimplex. *Folia*

lia alterna, amplexicaulia, glabra, rigidiuscula, runcinata, *basi* sagittata, *margine* denticulato - scabra: *suprema* lanceolata denticulata. *Pedunculi* terminales, corymbosi et ut *calyx* pilis glandulosis atris vestiti. *Corollae* speciosae, luteae.

Lactuca perennis. (*Flor. wirceb. p.* 227.)

Crescit copiosius in lapidosis supra vineas inter *Eivelstadt* et *Sommerhaussen*, copiose quoque in monte *Kalbenstein*, prope *der Karlsburg*, infra *Veitshoechheim* et alibi.

---

* *Prenanthes purpurea* calycibus 5-floris, foliis oblongo - lanceolatis amplexicaulibus cordatis denticulatis subtus glaucis.

(*Jacq.* Flor. austr. t. 317.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (Non raro *im Steigerwald.* Provenit etiam prope *Schweinfurt.*)

Caulis sesqui- *aut* 2-pedalis et altior, erectus, teres, glaber, superne paniculatus. *Folia* alterna, glabra, subtus glauca: *inferiora* subsessilia profundius dentata, *superiora* amplexicaulia obsolete denticulata. *Flores* copiosi, cernui, purpurascentes. *Calyx* glaber flosculos plerumque 5, interdum modo 4, *aut* 6 colligens.

Variat raro *floribus* albidis.

Leon-

Leontodon lividus. (*Flor. wirceb. p.* 230.)

Hab. etiam in paludosis circa *Grossenlangheim.*

Hieracium paludosum. (*Ibid. p.* 239.)

In humidis turfaceis prope *Grossenlangheim* et *Erlach* non adeo raro reperitur.

* *Hieracium alpinum* scapo unifloro subnudo villoso, calyce villosissimo, foliis lanceolatis integerrimis acutis villosis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 191.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in montosis. (In monte *st. crucis* lectum est a *cl. D. Schneider.*)

Radix sublignosa. *Caulis* digitalis, palmaris, erectus, simplicissimus, uniflorus, *superne* praecipue valde villosus, folio uno alterove instructus. *Folia radicalia* plura, obovato-lanceolata, subdenticulata, dense villosa. *Flos* magnus, luteus. *Calyx* laxus, pilis longis dense vestitus.

Variat *foliis* profunde dentatis et integerrimis.

---

* *Crepis pinnatifida* foliis glabris sessilibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis apice integerrimis, caule erecto ramoso, calycibus pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1604.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis. (In agris subhumidis ad *sylvulam mainbernhemiensem* satis frequens. *D. N.* Rarius in *sylva zellensi*).

Caulis 1-2-pedalis, erectus, sulcatus, glaber, *inferne* simplex, *superne* valde ramosus. *Folia* alterna, sessilia, glaberrima, lanceolata, pectinato-pinnatifida *aut* runcinata, *apice* integerrima: *suprema* angustissima. *Flores* numerosi, parvi, lutei, terminales, erecti, pedunculati. *Calyces* pubescentes *aut* subtomentosi.

* *Crepis virens* foliis glabris, inferioribus remote dentatis, superioribus subintegerrimis subsagittatis, caule basi ramoso diffusso, calycibus pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in iisdem cum praecdente locis.

Planta spithamaea, vix altior. *Caules* plures, adscendentes, diffusi, teretes, tenues, filiformes, glabri, dichotomi. *Folia* laete viridia, glaberrima: *radicalia* lanceolata obtusa runcinata, *caulina* alterna angustissima lanceolata acuta, subsagittata integra amplexicaulia. *Flores* parvi, lutei, longe pedunculati, terminales. *Calyces* pubescentes.

Hypochaeris uniflora Hoffm. (Flor. germ. II. p. 123.) ab *H. maculata* (Flor. wirceb. p. 244.) specie omnino non differt. Culta enim in hanc mox mutatur, a qua *caulibus* simplicissimis plerumque unifloris, *inferne* magis foliosis solummodo differt.

Hinc inde promiscue cum *H. maculata* apud nos provenit.

Hypochaeris glabra. (*Flor. wirceb. p.* 245.)

In agris inter Bremig et Waldberg non rara.

Ar-

Arnoseris pusilla. (*Flor. wirceb. p.* 246.)

Simul cum planta praecedente iisdem in locis. Copiosa praeterea circa *Heidenfeld* et *Grossenlangheim.*

Carduus nutans. (*Ibid. p.* 251.)

Varietas *floribus albis* in agris prope *Neusses* saepius obvia.

* *Carduus Personata* foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis subtus subvillosis, radicalibus basi pinnatifidis, floribus subsessilibus congestis, squamis calycinis recurvatis.

(*Jacq.* Flor. austr. t. 348.)

Arctium Personata. L. sp. pl. II. p. 1144. *Hall.* icon. pl. helv. p. 2. t. 3.

Bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in locis graminosis subhumidis. (In sylva *Kohl* prope *Oberelzbach* pluries eam legit, *dil. Fr. G. H.* Etiam in prato ad viam versus *Heidingsfeld* specimina aliquot cum fratribus meis observavi.)

Caulis 3-4-pedalis et altior, erectus, angulatus, ramosus, foliis decurrentibus alatus. *Folia* alterna, margine inaequaliter argute serrata, pilis longis ciliata, *supra* viridia glabra, *subtus* villosiuscula incana: *inferiora* basi pinnatifida, *superiora* ovata acuminata. *Flores* mediocres, terminales, 2-3-4-6, sessiles et pedunculati, in capitulum congesti, purpurei. *Squamae calycinae* imbricatae, in spinulas subulatas longas terminatae, glabrae, ultra medium recurvatae ac atropurpureae. *Semina* matura striata.

Va-

Variat *foliis inferioribus* pinnatis *aut* pinnatifidis, et *squamis calycinis* totis viridibus.

Carduus crispus. (*Flor. wirceb. p.* 252.)

Floribus niveis an der *Chaussee* a *Werneck* versus *Wirceburgum* et alibi occurrit.

Hujus loci etiam est *Card. mollis*, (*Spreng.* Flor. hal. t. 11.) quem et *celeb. Dr. Wolffius* in vicinia oppidi *Schweinfurt* detexit. Sed parum recedit a *C. cyanoide* (Flor. wirceb. p. 253.) et vix nisi *foliis* parum latioribus et margine undulatis diversus, quod interdum etiam solo natali determinari potest. Hinc, eum speciem distinctam constituere, haud puto.

Cnicus intermedius. (*Flor. wirceb. II. p.* 256.)

Praeter loca natalia indicata in aliis etiam regionibus obvius, e. gr. passim in monte *st. crucis*, in sylvis humidiusculis *Rhoenae*, e. gr. prope *Leubach*, prope *Münnerstadt* et alibi.

* *Cnicus tataricus* foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis ciliato-spinosis, floribus 3-phyllis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 90.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In *territorio schweinfurtano* detectus a *cel. D. W.*)

Similis *Cnico* nostro *intermedio* atque *Cn. oleraceo*, quos inter revera medium tenet. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, crassiusculus, striatus, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, oblongo-lanceolata, amplexicaulia, glabra, serrata, *serraturis* spinoso-setaceis:

ceis: *inferiora* praecipue semipinnatifida. *Flores* breviter pedunculati, erecti, albidi *aut* ochroleuci, in capitula fastigiata foliolis plerumque 3 suffulta digesti. *Calyx* cylindricus: *squamis* adpressis glabris subpungentibus.

* *Cnicus parviflorus* foliis basi adnatis lanceolatis nudis pinnatifidis ciliato-spinulosis inermibus.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvaticis turfosis. (In sylvaticis prope *Groſsenlangheim* cum fratribus meis plurima collegi specimina. Plantam unicam quoque hoc anno in sylva *Struth* observavit *Fr. G. H.*)

Radix ramosa, fusca, fibris longis aucta. *Caulis* 2-3-pedalis et altior, erectus, crassiusculus, simplex, fistulosus, teres, angulato-sulcatus, pilosus, *superne* attenuatus. *Folia* alterna, remota, sessilia, *basi* cauli adnata, *inferiora* plerumque parum decurrentia, lanceolata, nuda, utrinque viridia, spinulis inermibus inaequalibus ciliata, *infima* pinnatifida: *laciniis* subdentatis, *superiora* simpliciter profunde dentata, *suprema* angustissima brevissimaque flores quasi involucrantia. *Flores* brevissime pedunculati et sessiles, figura et magnitudine florum *Serratulae tinctoriae*, albi: *terminales* 3-6-8-10 et nonnunquam plures conglomerati, solitarii in axillis foliorum superiorum. *Calyces* ovati, basi tomento albo vestiti. *Squamae* lanceolatae, *extus* viridescentes carina nivea, *intus* argenteo-splendentes, arcte imbricatae, spinulis inermibus postea recurvis terminatae. *Styli* flosculis longiores. *Pappus* sessilis.

Squa-

Squamarum calycinarum *carina nivea* in plantis vivis modo conspicua, in siccis ejus loco linea atrovirens a medio squamae ad apicem usque extensa observatur.

Simillima *Carduo parvifloro*, (*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1658.) sed *pappus* plumosus, et *folia* nusquam erosa *aut* repando-dentata.

Propter hanc affinitatem, et quia insuper etiam inter *Cnici* species indigenas flores minimos ostendit, *Cn. parviflorum* eam dixi.

* *Cnicus tuberosus* foliis amplexicaulibus pinnatifidis nudiusculis spinuloso-ciliatis, caule superne aphyllo subbifloro, calycinis squamis mucronatis patulis, radice tuberosa.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 231.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis humidis. (Frequens in sylvula *Erlach*, inque multis aliis locis.)

Radix ramosa, *tuberibus* pluribus fusiformibus aucta. *Caulis* 2-3-pedalis, nonnunquam altior, erectus, simplicissimus *aut* ramo uno alterove praeditus, sulcato-angulatus, scabriusculus, sub flore plerumpue villo albo dense obsessus. *Folia* alterna, utrinque scabriuscula, laete viridia, amplexicaulia, subdecurrentia, lanceolata, pinnatifida: *pinnis* 2-3-lobis margine spinuloso-mucronatis. *Flos* terminalis, pedunculatus, erectus, purpureus *aut* dilute roseus. *Calyx* subrotundus: *squamis* arcte imbricatis lanceolatis in spinulas molles subreflexas terminatis. *Pappus* sessilis.

Fa-

Facile dignoscitur *radice* tuberosa.

Variat floribus albidis et ochroleucis, foliis angustioribus atque profundius incisis.

Cnicus eriophorus. (*Flor. wirceb. p.* 259.)

Plantas plures nuperrime *im Kaeferholz* invenit *dil. Fr. G. H.*

Carlina acaulis. (*Flor. wirceb. II. p.* 264.)

Perfrequens in graminosis sterilibus circa montem *st. crucis* prope *Neustadt* et *Münnerstadt.*

Variat *floribus* 2 - 3 et 4.

Carlina caulescens. (*Flor. wirceb. p.* 265.)

In siccis sterilibus prope *Münnerstadt* imprimis valde frequens.

Variat *caulibus* 2 - 3 - 4 - floris.

Chrysocoma Linosyris. (*Ibid. p.* 271.)

Copiosissime in via ab *Erlach* versus *Sulzdorf*, in *foresto grofsenlanghemiensi* et circa *Sickershaussen.*

SUPERFLUA.

* *Gnaphalium minimum* caule erecto ramoso, foliis lanceolatis acutis planis, floribus conicis subconfertis lateralibus terminalibusque.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1896. *Smith.* Flor. brit. II. p. 873.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in arenosis. (In arenosis circa *Grofsenlangheim* passim reperitur.)

Plan-

Plantula vix digitalis, nonnunquam altior, erecta: *caule* ramoso tereti sublanato folioso. *Folia* alterna, erecto-adpressa, lanceolata *vel* ovato-lanceolata, acuta, brevia, plana, utrinque lanata. *Flores* plerumque conferti, etiam solitarii, sessiles, terminales et laterales, conici, *extus* lanati. *Squamae calycinae* subulatae, carinatae, *extus* lanatae; apice scariosae.

Planta ab *Ill. Smithio* (Flor. brit. l. c.) sub *Gnaphal. minimo* descripta omnino est nostra.

A *Gnaphalio montano* simillimo, cujus forsitan varietas, *caule* demissiore, *foliis* plerumque ovato-lanceolatis, nec, ut in illo, linearibus, caulique semper et magis adpressis et *partibus omnibus* multo tomentosioribus recedit.

Senecio sylvaticus. (*Flor. wirceb. II. p.* 288.)

Copiosissimus in arenosis prope *den erlacher Seen*, inque sylvaticis arenosis prope *Großenlangheim*. Hinc inde etiam *im Kaeferhölzchen*.

Senecio sarracenicus. (*Ibid. p.* 292.)

Crescit non raro in sylvaticis *montis st. crucis*, ubi specimina altissima prostant.

Senecio commutatus. (*Ibid. p.* 293.)

In dicto monte maxima copia provenit.

Inula Helenium. (*Ibid. p.* 297.)

Post hominum memoriam et magna quidem copia sponte crescit ad lacum parvum pagi *Großenlangheim.*

heim. Porro etiam frequens ad pagum *Hallsheim* Satrapiae *Gemünden.* *D. G.*

Inula hirta. (*Fl. wirceb. p.* 302.

Reperitur quoque *im Kaeferholz* et circa *Schweinfurt.* *D. W.*

Inula germanica. (*Ibid. l. c.*)

Crescit etiam in vicinia oppidi *Schweinfurt. D. W.*

Arnica montana. (*Ibid. p.* 303.)

Copiose in monte *st. crucis*, et copiosissime fere ubique in omnibus *montibus rhoenanis.*

Doronicum Pardalianches. (*Ibid. p.* 304.)

Abundat in monte *Schwabenberg*, ubi plagam dimidii jugeris plane obducit.

FRUSTRANEA.

Centaurea phrygia. (*Ibid. p.* 317.)

Hujus varietatem *caule unifloro* in monte *st. crucis* detexit *D. D. Schneider.*

GYNAN-

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

Orchis coriophora. (*Flor. wirceb. II. p.* 328.)

Specimina plura prope *Grossenlangheim* legit *dil. Fr. G. H.*

* *Orchis palustris* labello obovato leviter 3-lobo, calcare germinibus duplo breviori adscendente, foliolis calycinis obtusis, foliis lineari-lanceolatis.

(*Jacq.* ic. pl. rar. t. 181.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in paludosis. (In *territorio Schwinefurtano* teste *cel. D. Wolffio.*)

Ab *Orchide Morione*, quacum facillime confunditur, differt: *caule* altiore tenuiore a basi ad spicam usque foliato, *foliis* lineari-lanceolatis canaliculatis erectis, *spica* breviore 4-8-flora, labii trifidi *laciniis lateralibus* rotundatis obtusis: *intermedia* multo minore 2-fida, et *calcare* germine breviore obtuso.

Flores inodori, saturate purpurei.

* *Orchis albida* labello 3-partito, laciniis linearibus acutis, intermedia obtusa, petalis conniventibus, cornu germine triplo breviore obtuso.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 38.)

Satyrium albidum. Hoffm. Fl. germ. II. p. 176. *Oeder.* Flor. dan. t. 115.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in graminosis humidis. (In *sylva stettensi* unicum legi specimen.)

Bulbi fasciculati, teretes, digitati. *Caulis* palmaris et major, erectus, firmus, teres. *Folia* alterna, lanceolata. *Flores* parvi, deflexi, ex viridescente albidi, in *spicam* tenuem densam dispositi. *Labium inferius* breve, 3-fidum: *laciniis lateralibus* acuminatis, *intermedia* paulo longiore et obtusiore.

MONOECIA.

TRIANDRIA.

Carex filiformis. (*Flor. wirceb. II. p.* 395.)

Crescit quoque ad lacum in monte *Schwabenberg.*

Coeterum inter *Carices nostras* sane rarissima.

* *Carex stricta* spica mascula solitaria, foemineis cylindraceis attenuatis subtribus distantibus, infima brevissime exserte pedunculata, stigmatibus binis, fructibus ovatis acutiusculis ore pertusis squama lanceolata acutiuscula majoribus, foliis strictis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 287. *Pers.* syn. pl. II. p. 546. n. 196. *Smith.* Flor. brit. III. p. 1000. *Hoffm.* Flor. germ. II. p. 208. *Schkuhr.* Caric. p. 60. t. V. f. 73. *Host.* ic. et descr. gram. austr. I. p. 69. t. 94.)

Pe-

Perenn. *Flor.* *Aprili*, *Majo*.

Hab in paludosis. (In *foresto kitzingensi* haud rara.)

Radix repens, dura, lignescens, fusca, *fibris* plurimis validis aucta atque plures foliorum et culmorum fasciculos in cespitem densum conjunctos sustinens. *Culmi* erecti *aut* apice incurvi, triquetri, striati, glabri, ad angulos scabri: *floriferi* pedales, *fructiferi* sesquipedales et altiores. *Folia* culmis florentibus altiora, trifaria, carinata, acuminata, margine carinaque scabra: *juniora* brevia stricta, *adultiora* elongata deflexa. *Vaginae* membranaceae in fila candida fatiscentes: *infimae* squamiformes acuminatae pungentes. *Spicae masculae* 2, rarissime 3, cylindricae, erectae: *terminalis* longissima. *Squamae* lanceolatae, purpureo - fuscae. *Spicae foemineae* 2 - 3, erectae, longae, cylindricae, acutae, *flosculis* saepe *masculis* terminatae, pedunculatae *aut* subsessiles. *Squamae* ovatae, atro - purpureae. *Capsulae* ovatae, latae, compressae, glabrae, plicatae, in *rostrum* brevissimum indivisum attenuatae. *Semina* obtusa, trigona.

* *Carex fulva* spica mascula solitaria, foemineis tribus oblongis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, fructibus ovato - ellipticis rostratis 2 - dentatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 270. *Pers.* syn. pl. II. p. 542. n. 128. *Smith.* Fl. brit. III. p. 991. *Hoffm.* Fl. germ. II. p. 232. *Schkuhr.* Car. t. T. n. 67.)

Perenn. *Flor.* *Jun.* *Julio.*

Hab. in humidis sterilibus. (In der *Tanne* prope *Sickershaussen* hinc inde frequens.)

Ra-

Radix fibrosa, dura, fusca, repens. *Culmi erecti*, acute triquetri, ad angulos scabri, *inferne* foliosi: *floriferi* semipedales *aut* pedales, *fructiferi* duplo longiores. *Folia* pauca, erecta, rigida, culmis breviora, angusta, carinata, acuta, apice triquetra, margine et carina scabra: *culmea* alterna vaginantia. *Spica mascula* unica, linearis, acuta, erecta, densa, multiflora. *Squamae* fuscescentes, margine membranaceo-albidae, oblongae, obtusae. *Spicae foem.* 2, rarius 3, ovatae, erectae, *fructiferae* remotissimae, pedunculatae: *pedunculus inferior* longior totus fere bractea vaginali in folium abeunte vestitus, *superior* vagina plane indutus. *Squamae* ovatae, acutiusculae, fuscae. *Capsulae* ovatae, subtriquetrae, striatae, *rostro* apice 2-fido terminatae. *Semina* triquetro-subrotunda, utrinque acuminata, pallide fusca.

Non confundenda cum *Carice distanti*, cui similis.

* *Carex Pseudo-Cyperus* spica mascula solitaria, foemineis quaternis geminatis pedunculatis pendulis cylindricis, fructibus ovato-lanceolatis bicuspidatis reflexis squamam setaceam aequantibus.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 295. *Ejusd.* Enum. p. 960. *Pers.* syn. pl. II. p. 545. n. 169. *Smith.* Fl. brit. III. p. 986. *Hoffm.* Fl. germ. II. p. 237. *Schkuhr.* Car. t. M. m. n. 102. *Host.* icon. et descr. gram. austr I. p. 63. t. 85.)

Perenn. Flor. Majo. Junio.

Hab. in paludosis. (Copiose in paludosis nemorosis pone *Michelfeld.*)

Ra-

Radix longa, repens, fibrillosa. *Culmi* erecti, *superne* antrorsum nutantes, acute triquetri, striati, ad angulos scabri, foliosi: *floriferi* pedales, *fructiferi* sesquipedales et longiores. *Folia* linearia, acuta, longa, lata, carinata, ad carinas et margines aspera, culmis longiora. *Spica mascula* terminalis, unica, oblonga, subtrigona, non procul a basi foliolo angustissimo scabro stipata. *Spicae foem.* 3-4-5, alternae, longe pedunculatae, cylindricae, *fructiferae* pendulae. *Pedunculi* filiformes, scabri. *Squamae* lanceolatae, cuspidatae, albicantes, nervo dorsali viridi in aristam longam scabram abeunte. *Capsulae* oblongae, triquetrae, acutae, striatae, *rostro* brevi tenui apice subfurcato terminatae. *Semina* ovato-triquetra, utrinque attenuata, stylo longo coronata.

TETRANDRIA.

Alnus incana. (*Flor. wirceb. II. p.* 409.)

In *montibus* plurimis *rhoenanis*, praecipue in monte prope *Tann* versus *confinia fuldensia* copiosa.

POLYANDRIA.

Betula pubescens. (*Flor. wirceb. p.* 419.)

Perquam copiose in pratis humidis, inque betuletis inter *Euerdorf* et *Kissingen.* In sylvaticis *der Marrbachsfelder* ad *Abb. Heidenfeld*, et alibi.

DIOE-

DIOECIA.

TRIANDRIA.

Empetrum nigrum. (*Flor. wirceb. II. p.* 441.)

Abundat in palude rhoenano, qui *schwarzes Moor* nuncupatur.

MONADELPHIA.

Taxus baccata. (*Flor. wirceb. p.* 450.)

Ad margines *Sylvae hoechbergiensis* passim. In Sylva pone *Hoechberg* versus *Kist* satis frequens.

Index.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.